dominū Iesum in solitudine: ieiuniis ⁊ oratione ⁊ corporis afflictionibus discretis. De quo etiā scribitur q̃ [erat cū bestijs]. s. vrsis: leonibus et alijs feris pacifice [⁊ angeli ministrabāt ei.] In hoc ergo disce inter alios humiliter cōuersari ⁊ equanimiter tolerare eos qui aliquādo tibi videntur irrationabiliter se habere: qz p hoc moraliter insinuat q̃ illi quoꝝ sensualitas sub rōne pacifice tenek per angelorū ministeriū ad celestia transferent: Angeli cū ēm est inter bestiales homines conuersari quasi in heremo in solitudine. s. mentis. Hoc est in contēplatione: lectione: orōne: clauso cubiculo: et moribus eorum feranis non polluit: difficille est ēm tangere picem ⁊ ex ea non coinquinari: vñ Beda. Inter bestias dñs commoratus vt hō: sed ministerio vtiq̃ angelico vt deus. Et nō cū in heremo sancte cōuersationis bestiales hominū mores impolluta mēte toleramus ministerium angelorū meremur a quibus corpore absoluti ab eterna in cel' gaudia trāsferamur. vñ ⁊ Hier. Tunc bestie pacate nobiscum sunt cum caro nō concupiscit aduersus spiritus post hec angeli ministri mittuntur nobis vt responsa ⁊ solatia cordibus vigilātibus dent. Ipsum aūt dñm sepe in hac solitudine visitat cōspicns eum qualiter conuersatur ibidem et maxime qualiter iacet de nocte in terra. Quelibet ēm aīa fidelis deberet eum semel ad minus in die visitare ab epiphania vsq; ad dies. xl. quibus ibi manebat ⁊ fe humiliter ei recōmendare. In hoc siquidem monte ⁊ deserto desiderabili quidā exemplo dñi spāliter ducti vitā heremiticā in paruis cellulis ducebāt domino devotissime militantes ⁊ aliuariby cellularū modicum tanq̃ apes dñi dulcedinē spiritualē melificantes. In huius montis quasi medio quod a terra plana fere per dimidium miliare distat dñs fecit penitētiā vbi est ecclesia ⁊ cellat est q̃ ibi altare vbi stabat quando tētabatur a satha na. Quadraginta aūt diebus ⁊ noctibus dominus ieiunauit: qz quadragenarius numerus ex que tuoz constat ⁊ decem: quater ēm decē vl' decies quatuor facisit quadraginta. Per quatuor aūt nouū testamentū qō in quatuor euāgelistis cōsistit significat: per decē vero verus: qz in decē mādatis legis cōtinek. Quadragita ergo diebus ieiunare est vtriusq; testamēti pcepta seruare: et ab illis omnib⁹ que vtrunq; testamentum interdicit se inuicē ⁊ ieiuniū custodire: vt sicut caro exterius ieiunat a cibis: ita ⁊ mens interius ietunet a vitijs. Ieiunauit itaq; dñs. xl. diebus ⁊ noctibus quatenus in ciborū ieiunio significaret: ⁊ nobis ieiunium corporis vt in die ru numero significaret ieiuniū cordis. Exemplū sane ipsius hic numerus dierum penitentialiū in ecclia est. Nā ⁊ post epyphaniā non statim incipit ecclia ieiunare: sz circiter post quadragita dies quasi ipso tempore ieiunium suū ieiunij dominici pfecutinū significās. Vñ Be. Quadragesima ieiuniozū hz autoritatē ⁊ in veterib⁹ libris ex ieiunio Moysi et Helye: ⁊ in euāgelio ⁊ qz totidem diebus dñs ieiunauit demonstrās euāgelium non dissentire a lege ⁊ pphetis. In pso na quidpe moysi lex: in psona helye pphete accipiuntur. Inter quos in monte gloriosus apparuit: vt euidentius emineret qō de illo dicit apostolus. Testimonium habēs a lege ⁊ prophetis. hec Beda. vñ ⁊ Albinus. Sicut Moyses legem helyas pphetās: ita dñs nster euangelicā predicationē quadraginta dierum ieiunio dedicat. Congrue ēt ieiunium quadragesime statuū est cōfine passioni dñice: qz significat nos a mundi amicitia debere cōtinere: vt deū sequi valeam⁹ vñ Augu. Moyses ⁊ helyas ⁊ ipse dñs quadraginta diebus ieiunauerūt: vt insinua ret nobis ⁊ in moyse ⁊ in helya ⁊ in xpo hoc est in lege ⁊ pphetis ⁊ in ipso euāgelio id nobiscū agi ne cōfortemur ⁊ hereamus huic seculo: sed crucifigamus hominē veterē ⁊ carnis curā ne fecerimus in cōcupiscentijs. Congruit ēm nr̄e deuotioni: vt qui dñi crucifixi passionem celebraturi sum⁹ ipsi etiam faciam⁹: sicut dicit apostolus. Qui autem Jesu xpi sunt carnē suā crucifixerūt cū passionib⁹ ⁊ cōcupiscētijs. In hac quidē cruce p totuo istā vitā q̃ in medijs tētationib⁹ ducit ppetuo oꝝ pēdere xpianus: Nō ēm est in hac vita tēpus euellendi clauos de quib⁹ in ps. 6z. Cōfige clauis a timore tuo carnes meas. Carnes enim sunt carnales cōcupiscētie: clauisunt pcepta iustitie. His illas timor dei configit qui nos illi acceptabilē hostiam crucifigit. Sic semper hic viue xpiane. Si terreno limo gressus nō vis imergere: noli de ista cruce descendere. hec Aug. Sz caue ne de ista cruce per voluptatum admixtionē descēdas: qz vt dicit Augu. Nihil prodest tota die longū duxisse ieiuniū si postea cibozū suauitate vl' nimietate aīa obruat. Insuper nūero solum⁹ decimas et pmitias dño. Sūt eī i anno tre centi se agita sex dies quoꝝ preter q̃ sex dieruz decima est tringinta sex ⁊ ne sex residui remaneant indecimati additur vn⁹: qz min⁹ addi nō pōt: tres aūt alij superadditi solunt p primitijs: p quib⁹ sil'r sunt ieiunia quatuor tēpoꝝ p tres dies. Sicut ergo in lege offerre iubemur p mitias ⁊ decimas rerum ita quadraginta diebus ieiunando offerimus primitias ⁊ decimas dierū. Ut qui nobismeipsis p acceptū annū viri mus autori nostro nos eius in decimis ⁊ primitijs p abstinentiā mortiferem⁹: ⁊ q̃ a padisi gaudijs per cibū cecidim⁹ ad hec ind̃tum possum⁹ per abstinentiā resurgamus. Igit tpe quadragesime pl' solito debem⁹ abstinentie ⁊ deuotiōi i mēdere: ⁊ alioꝝ tēpozū negligēias hoc tpe sancto diluere ⁊ emēdare. Hic numerus quadragenarius multipliciter est cōsecrat⁹. Nā quadraginta annis pauit dñs filios israel pane angelorum in deserto: quadraginta mēsibus predicauit in mundo: quadraginta septimanis fuit i vtero ꝗgineo: quadraginta dieb⁹ ieiunauit i deserto: quadraginta horis fuit in sepulcho: ab hora mortis ꝓputādo quadraginta dieb⁹ fuit post resurrectionē cū discipulis in mundo. Item ēm Amb Oz quadraginta dieb⁹ aque diluuij inundauerūt: p quas pctōres exterminati fuerūt: ⁊ exi de celi serenitas illuxit ⁊ refusa fuit sic sacro isto ieiunij tpe abolētur pctā ⁊ refulget diuina clemētia. [Lū] ergo ieiunasset dñs [quadraginta diebus ⁊ quadraginta noctib⁹] nō vltra pcessit vel trāsiet ieiunādo ne incredibilis videret carnis assumptio: ⁊ vt virtus diuinitatis celaretur diabolo: qz etiā tot dieb⁹ moyses ieiunauit et helyas ⁊ postea [dñs [esurijt.] Nō aūt necessitate: sed voluntate esurijt ⁊ corpus esurire pmisit: vt in se ⁊ veritatē hñane infirmatis oñderet ⁊ occasionē tentādi diabolo daret: ⁊ ac infestat⁹ monstrare t qualr superare ⁊ vincere oporteret. ēm Chrys. Per quadraginta dies non erat hominis

Angelorū officium.

Quadragesime institū qñ sumendum.

Beda.

Inter moyse ⁊ helyā Christus.

Mat. 17.

Romani. 3.

Albinus.

Mat. 4.

Ambro.

Mat. 4.

Quadragita dies ⁊ nō plures cur dñs ieiunauit.

Chrys osto.

Psalmus 118.

Decie carnis.

Ieiunia q̃ tuor tempo rum.

postea autē esurire nō erat deū: ⁊ iō diabolꝰ sicut dubiꝰ de ꝓo accepit occasionē tēptandi ipsum. Moyses ⁊ helyas. xl. diebus ieiunauerūt: ⁊ ieiunantes esuriebāt ⁊ sitiebāt: xpsꝰ vero. xl. diebꝰ non esuriuit: sed postea Christus autē noluit ieiunare plusq̃ illi ne deus a diabolo putaret ⁊ nec minus ne putꝰ homo videret. ¶ Nūc ergo diabolus sanctēs dōm esurire accessit vt tentaret si posset eū in peccatum deiicere: ⁊ vt exploraret an filius dei esset: quē sciebat q̃q̃ venturum: ⁊ suam per eum potestatem amissurum sm Greg. Tentauit diabolus dominum eisdem trib⁹ modis quibus primum hominem deiecerat. Primū hominem superauit gula in vetito pomo: ⁊ vana gloria dicēs: eritis sicut dij: auaritia dicēs: sciētes bonum ⁊ malum. Auaritia enim etiam dicitur scientie et sublimitatis ambitio. Sic ⁊ dōm tentauit: sed victus recessit. Dauid gloriā prostrauit tribus lapidibus de torrente. Christꝰ diabolum tribus testimonijs de lege. Et sm Greg. Cum tentatio tribus modis fiat scilicet sugestione delectatione ⁊ consensu: dōs sola suggestione tentatus est quia delectatio peccati mentē eius nō momorsit: nec cōsensus eius superauit. Et iō oīs illa tēratio foris non intrauit: q̃ nihil contradictionis in semetipso tolerauit. verū aūt omnes iste tētatiōes facte sunt vna die vel diuersis mon est expressum in scripturis. Primo itaq̃ tentauit eum de gula dicens. [Si filius dei es]. s. naturalis ⁊ per consequens in potestate ⁊ eēlis. [Dic vt lapides isti panes fiāt.] Cogitabat ei intra se dicēs. Si lapides in panes conuerterit filius dei erit: si autē cōuertere non poterit: hō purus apparebit. Hoc etiā esurieri cōgrue dicebatur vt panes videns immoderato appetitu cibi accenderetur. Non solum experiri voluit an deus esset: sed etiā quasi hoīem allicere voluit: vt esuriēs indebite delectaretur in cibo ⁊ sic vitio gule pecceret. Unde Hyla. Intendebat demonum princeps ex mutatione lapidū in panes ꝓtutem potestatis deo agnosceret: in homine ob lectamēto cibi patientiā esuritions illudere. Sed non potuit diabolus magistrum decipere. Taliter eēm respondit ⁊ sic se habuit q̃ nec ipm ad gulam poterat inducere: nec delitatē eius ꝓpendere. Non eēm in tentatione succubuit: seq̃ filium dei esse nec negauit nec asseruit: sed eū auctoritate scripture cōuicit dicens. [Non in solo pane] scz corporali [viuit hō] ⁊ sustentat [sed i oī ꝓbo qd̃ ꝓcedit de ore dei] cū ex voluntatē suam p scripturas reuelat. Unde Aug. Certissime scito te fratres charissimi: q̃ q̃ lis est caro q̃ post multos dies nō percipit cibū talis est aia q̃ non assidue pascitur dei verbo. hec Aug. Hoc etiā dictū domini verificat nō solū de vita spirituali ⁊ ēr de corporali: sicut ptz de Moyse q̃ ieiunauit. xl. diebus ⁊ noctib⁹ ꝓbo ⁊ alloquio dei spiritualiter ⁊ corporaliter sustentatus. Quasi diceret. Nō tātum pane corporali sustētat et viuit hō sz etiam spūali pane: scz verbi dei: pane operationis sancte: pane gr̃e tandem victurus in eternus pane glorie. Et ideo non oportet de lapidib⁹ panes facere: q̃q̃ licet esuriam: tamē dōs pōt solo sermōe esurientē sustētare. Unde psuasio tua tēratio est: cum mentionem faciat: ⁊ mihi suadeat tm de cibo corporis non de cibo mētis. sm Chryf. De veteri testamento testimoniū protulit atq̃ precepit: vt sive fame: sive aliq̃ aliud patiantur: nūq̃ tū dōm relinquamus. Dōs quidē Jesus panes de lapidibus facere potuit: sed noluit: nec decuit: ⁊ ideo non fecit. Primo vt diabolū cius tis lapidis diuinitas lateret. Secundo vt per humilitatem ⁊ sapientiam magis q̃ per potentiam vincere nos doceret. Tertio vt ostentationē fugere suaderet. Quarto vt voluntatem tentationis cōtēneret: q̃ ꝑs non erat dominū voluntati eī obtēperet: alī tētator nō vincitur nisi contemnat. Quinto vt doceret nūq̃ esse credendū diabolo ⁊ nihil faciendum ad eius imperū etiā si bonū ⁊ vile est qd̃ suggerit vel iubet. Moraliter sepe suadet diabolus vt lapis id est duricies penitētie sub quadā specie discretiōis cōuertat i panē. i. in delitias ⁊ mollicē dicēs. Jam filius dei es de cetero tanta austeritas ⁊ penitentia non indiges. Sicut ait alia vineam naboth conuertit in hortum olerū: sic libanus cōuertit in cyrmel qd̃ interpretat mollis qd̃ sit frequēter honore festiuitatis vel causa societatis: sic iudei petierunt a pilato ne corpus Jesu maneret in cruce in die festo: sic diabolo ista suadenti est rūdendū vt supra sm rūsionē domini. Et nota hic exemplo domini resistēdum esse gule. Nam ab ipsa inchoandū est ꝑ cetera vitia volum⁹ supare. Videtur enim q̃ qui gule succūbit imbecillis reddatur ad alia vitia deuincēda. Unde Beda Nisi prius gula refrenetur frustra ꝑa alia vitia laborat. Et ideo primo hic ponitur tentatio de gula: quia hic tentatio primo occurrit homini ab infant a ⁊ alie sequuntur postea. Ergo dominus ieiunās tentatus fuit: si tu ieiunaueris ⁊ tenteris non dicas: quia ieiunij mei fructum perdidi. Nam et si non tibi profuit ieiuninm tuum vt non tenteris. tamen proficiet vtq̃ tentationibus non vincaris. Ut autem anima a carne non vincatur necesse est vt diabolo tentatori resistat ⁊ deo rectori seruiat: vnde Augusti. Vis seruiat caro tua anime tue: deo seruiat aia tua debes regi vt possis regere. ¶ Sed q̃ diabolus sic vincere eum nō potuit: cogitauit apd se dicens: sicut ait Chrysostomus. Homo iste sanctus videtur. Sancti autem ⁊ si non vincuntur de vitio gule: sepe tamen vincuntur de aliquo motu vane glorie: et ideo [assumpsit] dominum ⁊ portauit [eum in sanctam ciuitatem] in hierusalem que respectu aliarum in quibus idola colebant dicebatur sancta: quia diuino cultui deputata propter templum ⁊ sancta sanctorum q̃ erant ibi nec erat licitum in lege sacrificare alibi. Nunc autem dicitur sancta propter sacramēta nostre redemptionis ibi patrata sm Chryso. Ex patientia non impotentia se permisit assumi ⁊ hoc corporaliter: quia sm glosam verisimile ē diabolum in humana specie apparuisse: sed tamen Christus sic egit: vt a nemine videretur: et sm aliquos eum in brachijs portauit sm alios ad manum duxit qui sequebatur eum quasi atleta ad tentationem sponte proficiscens. Considera ꝗ benignitatē ⁊ patientiā dōi: ⁊ pmisit eī se portari ⁊ ptractari ab illa cruēta bestia q̃ fuit et oīs amicoꝝ suoꝝ sanguinē sitiebat. Nec mirū ꝗ Eze. si se ab illo pmisit duci q̃ se ptulit a mēbris illi⁹ crucifigi. [Et statuit] ac collocauit] eū supra pinaculū tēpli] vt eū de vana glia tentaret ibi.

¶ Sciēdū āt q̃ i tēplo erāt tres māsiōes. Pria pauimētū vsq̃ ad pmū tabulatū siue salariū altitudis. xxx. cubitoꝝ. Secda a pmo solario vsq̃ ad scōs. xxx. et cubit alta. Tertia vsq̃ ad tertū salariū q̃ erat rectū tēpli ñ cameratū: ⁊ planū alti-

Aduersus.

Tentatio xpi a diabolo.

Gregorius

1. Reg. 17.

Tētatio triplex.

Tentatio xpi tanquam fortis.

Hyla.

Augustin. ad Verbo dei pasci.

Chrysosto.

Diabolica vox deorsum mittit suadet.

Gule renatio.

Beda.

Chrysos. Vnus non ferit diabolus.

Chrysos. Vane gloriē tētat.

Quare lapidis in panes.

Aduersus.

Chrysos.

Assumpt. corporis domini.

Patientia domini.

Gregorius

Aduersus templi.

rudis. xl. cubitoꝝ. Quodlibet autē solariū habebat ic circuitu exterī vnū deambulatoriū: ⁊ ista ambulatoria sm magistrū i hiōrōis dicunt pinacula qd̃ quoq̃ vnū xpm statuit diabolus. ⁊ forte in eminētiori vel forte i feriori vbi scribe ⁊ sacerdotes alloquebant populū exponēdo legem dōi. Et nota sm glo. q̃ in eo loco diabolꝰ ꝗ de vana gloria tētabat in quo multos p vanā glīam in cathedra doctoꝝ deceperat. Et simile volens exploare qd̃ supra tētauit eū de vana gloria dicēs. [Si filius dei es mitte te deorsum] quasi dicat. Virtute propria potes sine periculo te mittere deorsum: ⁊ et propter ministerū angelorū tibi seruientium ⁊ te custodiētiū. Cogitabat q̃ si per aera volādo sine lesione descenderet et filij dei esset. Suasitq̃ vt deorsum se mitteret vt sic cadendo ⁊ non se ledendo hoies mirarent ⁊ ipsū tāq̃ dei filiū reuerērēt ⁊ inde occasionē inanis glorie assumeret cū oīs ciuitas laudaret eum ⁊ magnificaret. Vere diabolica vox que nō ascensum sed ad descensum ꝓuocat ⁊ mentē hoīs de altiori gradu meritoꝝ ꝓcipitare contendit. Nō eēm quos decipit sursum ascēdere monet: ⁊ in yma ꝓuocat: ⁊ deorsum ruere suadet q̃ optat oēs cadere qui se sentit pre oībus cecidisse. Diabolꝰ quippe est stātes deorsum mittere. Dei aūt iacētes sursum erigere. Dicēs aūt [mitte te deorsum] infirmitatē suā manifestat: q̃ nemini pōt nocere nisi ipse deorsum se miserit. Nā ipse qui oēs deorsum cadere desiderat: ꝑsuadere quidē pōt: ꝓcipitare non pōt. vñ Chrisost. Non dixit mittome vim facere videat: ⁊ mitte te deorsus dixit vt ostenderet q̃ vnusquisq̃ nr̃m libertate arbitrij ⁊ voluntatis sue culpa cadit in mortē. Illius est quidem suadere: sed nr̃z est persuasiones eius per legis obseruātiā superare: ⁊ q̃ xpsꝰ supra visus est auctoritate: ideo ⁊ ipse auctoritatem assumit scripture: et hec non vt virtutes construat ⁊ doceat: sed vt errores ingerat ⁊ falat. Vñ subiungit. Scriptum est eēm te scilicet i ps: Quia angelis suis mandauit de te vt cōseruent te a nocumento: ⁊ in manibus tollent te: ne deducendo me forte offendas ad lapidem pedēs tuum: malum incurrendo. Manus angelorū. ōz hic potestas eoꝝ duplex: scilicet potestas suandi a malo: ⁊ pmouendi ad bonū: ita q̃ prima est sinistra: secūda dextera. Auctoritas hec nō ē ad propositū: q̃ sm Hiero. Non intelligitur de ꝓo capite: sed de mēbris: id est quolibet iusto. Christus enim non portatur manibus angelorū sed ipse verbo virtutis sue portat angelos ⁊ omnes creaturā: nec indiget angelorū auxilio qui maior est angelis. Est ergo auctoritas illa sm glos. sic exponenda: q̃ angelis suis administratoriis spiritibus deus mandauit de te: viro iusto quocūq̃ sis: vt tollāt te in manibus suis: id est auriligis suis sustollāt: ⁊ ita custodiāt: ne offendas pedē: id est mentem vel affectum mentis: ad lapidē: id est ad aliq̃ offendiculū peccati. Lapis eēm ōz quasi ledens pedē. Unde omnis peccati ⁊ ruine occasio ad quā pōt offendi affectus mētis nomine lapidis intelligitur. Est ergo sensus q̃ angelis mandauit deus: vt custodiant hominem iustum a peccatis. Non q̃ bonus homo cōfidens de custodia angelorū debeat se precipitio exponere ad suggestionē demonū. ex quo loco ⁊ illud cognoscit: q̃ ad custodiendū sctōꝝ vitam angeli deputantur. male ergo iterpretatur diabolus scripturā ⁊ intellectum eius puertit: ⁊ sic ipertinēter allegauit. Itē allegauit incomplete q̃ ⁊ si esset de ꝓpoteriam illud qd̃ sequit debuerat meminisse: scz sup aspidē ⁊ basiliscū ambulabis ⁊ conculcabis leonē ⁊ draconē. Ipse eēm diabolus est aspis ⁊ basiliscus: ipse leo ⁊ draco: quē in tētationibus xpsꝰ conculcauit. iō partē scripture que ꝑ se facit tāq̃ supbus inducit: ⁊ ptem ñ quē cōtra se est tāq̃ astutus dimittit. Nā de angelorū auxilio quasi ad infirmū loquit: de sui cōculcatione quasi tergiuersator tacet. Sz ⁊ hic autoritate scripture aduersarius deiicit: ⁊ sua intentiōe frustrat ꝗ Hiero. In oībus his tērationibus diabolus hic agit vt intelligat si filij dei sit: sed dōi rūsionē sic ēperat vt eū ambiguū relinquat. Unde respondens ait illi. scriptum est ⁊ dictū. i. cuilibet homini non tētabis dōm deū tuū: scz q̃diu aliter euadere poteris ego autem hō sum: ⁊ aliter possum descendere q̃ per iactātiam me precipitare: ⁊ ideo nolo deum tentare.

¶ Adulipliciter aūt quis tentat deū. i. indebite explorando dei potentiā: vel indebite experiēdo eius voluntatē: vel indebite inquirēdo eius sapientiā. vel indebite experiendo quid sit apud deū. Sz hec sunt vitāda q̃diu hō ꝗ ex humana rōne ⁊ facultate aliud qd̃ faciat. Unde hic est argumentū q̃ q̃cūq̃ hō ꝗ aliq̃d qd̃ potest facere sm viā hūane rōnis vel psilij vel auxilij ad euadendū piculū nō debet illud omittere querendo diuinū experimentū: q̃ sm Aug. Si periculū q̃tum caueri pōt non caueret magis tētaret deū q̃ in deo speraret. Unde q̃ dis de⁹ oia possit discipulis tū suis ait. Si vos persecuti fuerint in ciuitate vna: fugite in aliam. Et ipse idez fugit ⁊ latuit. Et ꝓpter hoc ꝑbatio ferri cādentis monomachie. i. duelli tanq̃ illicita ꝓhibentur in iure. Si vero deficit hūana ratio ⁊ prouidentia ⁊ homo non habet aliud quod faciat: tūc gnasecure ad dei potentiam se ꝑuertat ⁊ fue ꝓuidētie cōmittat non tentando sz deuote ꝑtrēdo. q̃ sic non est dicenda tētatio: sed q̃ xpsꝰ adhuc habebat quid faceret: ⁊ q̃ boni erant ibi gradus p quos de pinnacula descēdere poterat: ideo diabolo sic respondebat. vbi Chri. Nihil motus nihil indignatus sed cum multa molestia scripturarum ei rursus voce respōdet nos vtiq̃ docēs q̃ diabolum per patientiam atq̃ toleratiā nō per signa superari nihilq̃ ad ostentationem nostri atq̃ ad amorē facere gloriandi. Et iterum. Aspice aūt q̃o nō turbat⁹ ē ōs ī timmo de scripturis hūillume cū ind̃ disceptat ⁊ conformeris xpo pto posse. Noluit diabolus arma xpi quibꝰ succubuit. Ex mansuetudine eum cepit: ⁊ ex humilitate deuicit: tu quoq̃ cum videris hominē effectū diabolū ⁊ tibi obuiantem eo modo deuicas. Doceas animam tuā formare os concedēs ori xpi. Sicut eēm cuz romanus forsitan residet in dex: non exaudiet respōsuz ignorantis eo mō loquit: sic et xpsꝰ nisi suo modo loquaris nō exaudiet te nec vocabit te. hec Chriso. Moraliter multos diabolus eleuat in altum: vt facilē ad grauiorē trahat casum sicut comix nucem eleuat vt ab alto deijciendo frangat: sic ⁊ pugil fortiū a terra subleuat ⁊ psternat. multi enim ducunt in altū prelatiōis ⁊ deijciunt ibi qui i vallē simplicis status fuerant securi. Jn montibus gelboe ceciderūt fortes israel. vñ ps Aug. q̃to quis in loco superiori tanto in periculo maiori versat. ⁊ sz Chri. prelatos subuertit elatiores ideo ad talem locuz dōs se assumi permisit: nec

Tentare deum multipliciter.

August.

Mat. 10.

Monomachia. i. singularis pugna.

Chri. de xpi patientia.

Angeli ad custodiā de bolus putari.

Moraliter Alta cadūt citius.

Regum. 1.

Chriso.

tñ ibi diabolo consentit: vt ī talibus locis positi diabolo resisterēt supra pinnacula rēplitēt diabolus hoīes statuit q̄ se ceteris meliorē estimet ꝛ p falsam hūilitatem deorsum se mittat. Ex tūc ꝗ ſm Bern. q̄ dñs nihil oñdit diuinitatis arbitratus hostis eū esse hoīes. Tētauit eū tertio vt hoīes. Exide eñ assumēs eū: reportauit eñ eus i montē valde excelsum ſcdo miliario a quārē tena ꝝ ſus galileā: vt ſcz locus ꝓgruat tētatiōi: vt sicut in deserto vbi est esurtes tētauit de gulā: ſic ſupra pinnaculū vbi tathedra est doctoꝝ de vana gloria: ſic in mōte vbt videnť hec tēporalia: tētat de auaritia. [Et oñdit ei omnia regna mūdi] nō ea q̄ nesciebat iudicādo, sed ſm Chri. Ostendit ei ac ſi aliquis in loco excelso positus manū extenderet dicens. Ecce ex illa parte est Affrica: ex illa Palestina: ex illa Grecia: ex illa Italia ꝛ hmōi. Vel oñdit. i. exposuit ꝛ enarrauit ei in momento ꝛ in breuibus oīa regna mundi. i. omnium regnoꝝ pompam ꝛ gloriam ac magnitudinem: vel omnia concupiscibilia in mundo: sicut sunt diuitie: delitie ꝛ honores: vt quasi speciosa et delectabilia suaderet ꝛ vel sic eum sibi subijceret. Momētum est decima pars puncti vel quadragesima pas hoꝝ. pūctus enim quarta pars hoꝝ est: hoc ergo significat breuitas vl trāsitus bonoꝝ tpalium mundi huius. vñ Ambro. Bñ aūt in momēto tpis secularia ꝛ terrena monstrat: non eñ tam ꝓspectus celeritatis indicatur q̄ caduce fragilitas ptātis exprimitur. In momēto eñ cuncta illa pretereūt: ꝛ sepe hono: seculi abit anteq̄ venerit. Et tentauit eum de auaritia ꝛ ꝛ arrogātia ꝛ iactantia ꝓ mittens mendaciter que dare non poterat ꝛ dicens. [Hec oīa tibi dabo] ꝛ te regem faciā [si cadens] tanq̄ inferior [adorabueris me] tanq̄ superiorē q̄ō vere esset cadere ꝛ diabolo se subijcere vnde Chriso. Nihil eñ sic diabolo hominēs subijci facit vt inhiare opibus ac habēdi amore superari. Et iterū regna mundi promittit illi qui regna celorum credentibus preparauit: gloriaꝝ seculi pollicet ei qui dñs est glie celestis. Spōdet se vniuersa dare q̄ nihil hz ei qui omnia possidet: ab eo se iubet adorari in terra quem angeli ꝛ archāgeli adorāt in celo. hec Chriso. vbi ꝛ gl. Ecce antiqua diaboli superbia. sicut eñ in principio voluit se similem deo facere: ita nunc volebat diuinum cultum sibi vsurpare. Et est hic notandum q̄ si consideremus principium huius tentationis tūc temptatio est auaritie. Si finez rēptatio est idolatrie ꝛ hē ūīgit q̄ auaritia est idoloꝝ seruitus. Considerandū ēt q̄ gloria mūdi que cum mundo peritura est: in monte ꝛ i supcilio demonstrat ꝛ diabolus hoīem ducere ad montē nitit vt cozuat: ꝛ ei subijciat suadens vt seruiat ei negligens iustitiā dei a cuius seruitio liberet nos ꝝ ꝓ nobis tētatus ꝛ passus. Dñs aūt ad campestria ꝛ humilia descendit: vt diabolum humilitate superaret. Nec intuebat sibi ostēsa oculo ꝓcupiscētie sicut nos: ſz sicut medici sine lesione vident morbos. Cū ergo volueris fieri magnus ꝛ altus: ꝛ aū oculos mētis ista proponis scito q̄ diabolus tibi regna mūdi oñdit q̄ si ꝓsequi volueris necesse est vt pcidens diabolū adores: q̄ adoraturus diabolū aū cozuit et nūq̄ sine casu diabolus adorat. Vñ Ambro. hz ei ambitio domesticū piculum: ꝛ vt oñetur alijs prius seruit ꝛ curatur obsequio ꝛ honore donetur: ꝛ dum vult esse sublimior fit remissior. Oīs

Berñ.

Tertia ieiunatio xpi ō auaritia cur facta i mōte excelso.

Chriso.

Momentū

Ambro.

Cur in momento.

Chriso. de diaboli pollicitatione.

Superbia āriqua diaboli.

Gloria mundi.

Ambro.

Ambitio seruit.

quidē ptās ꝛ ordinatio potestatū a deo est ꝛ ſz a malo ptātis ambitio: nec est potestas mala: sed is qui male vtitur potestate. Docemur ergo am ambitionem despicere eo q̄ diabolice subiacet ptāti hec Ambro. [Sz ꝛ hic homicida ille succubuit ꝛ dñs ꝛ victor autoritate diuina ꝓminatus eum abiecit ꝛ abscedere iussit dicens [Vade] ꝛ recede a me ſcz in ignem eternū [sathana] qui veritati ꝛ hoīs saluti aduersaris. In quo vt ait Chriso. finem temptandi diabolo ponit ne ꝓ grediatur vlterius temptās. Continuo enim illum in fugam vertit nec ꝗ alijs iaz eum ꝓ semet ipsum tētationibus appetijt. Ubi ēt docemur ꝓprias iniurias portare: ſz nullo mō dei iniurias tolerare. vnde Chri. Christus cum passus fuisset tēptationis iniuriā dicēte sibi diabolo. si filius dei es mitte te deorsum. non sit turbatus nec diabolum increpauit. Nunc aūt q̄ diabolo dei sibi vsurpauit honorē dicēs. hec omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. exasperatus est ꝛ repulit eum dicēs. [Vade sathana] vt nos illius discamus exemplo nras quidē iniurias magnanimiter sustinere: dei autem iniurias nec vsq̄ ad auditū sufferre: q̄ñ in proprijs iniurijs esse quēpiam patientē laudabile est: iniurias autē dei dissimulare nimis impiū est: vbi ꝛ Hiero. Non vt plerīq̄ putāt eadē sathanas: vt apls petrus sua ꝓdemnatur. Petro eñ dr vade retro me sathana. i. sequere me qui contrarius es volūtati mee: hic vero audit vade sathana: ꝛ nō dr ei retro me: vt subaudiat. Vade in ignē eternū q̄ paratus est tibi ꝛ angelis tuis: deide dñs subiungit. Scriptū est [omni hoī] dñz] omnium ſcz per potentiam [deū] ſcz per creationē [tuuz] ſcz qui debet eē tuus per cultū spālem [adorabis] interius fide spe ꝛ charitate [ꝛ illi soli seruies] exterius seruitute latrie. Et per hoc ſm Augu. Non excluditur debita dominis temporalibus. Et ſm Bedam iubemur hic soli deo seruire seruitute latrie que soli diuinitatis cultui debet: vnde ꝛ hi qui hanc idolis impendunt idolatrie nuncupant: sed ab apl'o iubemur per charitatē inuicem seruire seruitute dulie que cōis est: siue deo siue hoī siue cuilibet rerū nature. Itaq̄ vt aut Beda dicens. Diabolus saluatori si procidens adoraueris me contrario audiuit q̄ ipse magis adorare eum debeat deū ꝛ dñm suū quasi sibi diceret. Non ego te sed tu me debes vt deum adorare: ſz adoratio diaboli subiectiōis est nō deuotionis. [Ex supradicto ordine tētationis ptz q̄ diabolus incipit a leuioribus ꝛ procedit ad grauia: deinde ad grauior ꝛ tandē ad grauissima. Incepit enim a tentatione leui quādo tentauit eum de gula que tentatio leuis est maxime tpe famis: ꝛ finaliter post alias peruenit ad grauissima q̄ñ tētauit eum de idolatria. Vicit autē xps ipsas tentationes eis in suis principijs obuiando. Nam mox cū diabolus tētationes inferebat xps eas repellebat. Sic et homo mox vt diaboli tentationes senserit eas in suo initio debet repellere. Nā vt dicit Hiero. lubricus est serpens antiquus: ꝛ nisi capite teneatur totus statim illabit. Habet eñ serpeos inferna lis caput. i. malā suggestionē: habet corpus ꝓsencet ꝓsensum: habet caudam. i. opis ꝓsummationem. Ubi aūt ponit caput suggestionis statim ponit corpus cōsensus: ꝛ vbi ponit corpus ꝓsensus: statim ponit caudā opis: ꝛ ideo in suo capite. i. in sua suggestione est conterendus ꝛ nunc nocere

Chriso.

Iniuria ꝓpria tolerandat sed non diuina.

Hiero.

Marcia.

August.

Beda.

Latrie soli deb. deb. Beda.

Chri. de diabolo recessit diabolus non tñ nocet quātus vult. 1. Cor. 10.

Augustin.

Vitiorum materia in tribus.

De quibus tētatus est christus.

Remedia ꝓ vitijs.

Augustin. Lucifer tētator xpi.

Tentatus christ? ordine q̄ adam.

Tentandi ordo ꝛ vincendi.

Hiero.

Serpentis caput cauda.

nocere nō poterit nec ḡtus ad corpus: nec ḡtū ad caudam: quia amputato capite suggestionis tota est contracta vis serpētis infernalis. Et cō summata. i. superata oī tentatione ad quam explēdā dñs venerat lucifer non inueniens quid ageret audito dei noīe reliquit eum quem tamē nunq̄ tenuit: q̄ superatus a tentatiōe cessauit ꝛ recedet ab eo tanq̄ victus ꝛ confusus vsq̄ ad tps. postea eñ non tñ dolose tētaturus: ſz apte ꝓ iudeos eñ ꝛ in se ꝛ in membris suis impugnaturus aduenit: q̄ appropinquāte tpe passionis ꝓsecutionem ei per principes sacerdotū suscitauit nō ꝓ seipm solus sed ꝛ per alios ac per organa ꝛ instrumenta sua ꝓpria cepit eñ impugnare putans eñ mortis timore deijcere. ſm Chri. diabolus non quasi obediens, precepto recessit sed diuinitas xpi et spūsanctus qui erat in eo excussit inde diabolum quod quidē ad nostram proficit consolationem ꝛ quia non tandiu hoīes dei diabolus tētat q̄diu vult: sed q̄diu xps permittit ꝛ si eum permittat paulisp tentare ad nostrā vtilitatē: tñ repellit ꝓpter nostram infirmitatē: q̄ non patiť nos tētari vltra q̄ possumus sustinere. vñ Aug. Si tātū posset nocere diabolus q̄tū vult aliqs iustorum nō remaneret. Tribus autē premissis cōgressionib? in quibus ad huc exercetur militia xpiona oīs tentatio dr cōsumpta in suis radicibus ꝛ superata q̄ ꝛ in gula superbia: auaritia: ex quibus tentatio orit oīa vitia sibi cōfederata sunt perempta. In his eñ tribus est oīm materia delictorum quorum semina in ipsa origine sunt cauēda: q̄ iohanne at testante oē q̄d in mundo est concupiscentia carnis est ꝛ cōcupiscentia oculoꝝ ꝛ superbia vite. Cui triplici hostis telo totidē arma defensionis ſcz scutum triangulum opponere debemus: vt ieiunio cōcupiscētiā carnis: orone superbiam eleemosyna auaritiam repellamus. Sicut aūt ille hostis antiquus a dño vsq̄ ad xps recessit ꝛ tpe passionis rediens non in dolo sed aperte eñ impugnauit: sic et nos aliquando tentare intermittit ꝛ q̄ñ intentatione nō ꝓualet a nobis vsq̄ ad aliud tps recedit: vt quasi securos inueniēs repente rediens facilius inopinatus irrumpat [Instruimur ergo hic ad cautelā: q̄ ls aliquā tentationē superemus semp tñ diabolū ad pugnam paratum inuenimus: tpe vero passionis oīno victus diabolus relegatus est in infernū in diebus antichristi soluendus ſm Apo. Johānis vnde Aug. innuit q̄ iste tētator fuerit lucifer ꝓmus angelus: ille superior qui primum hoīem superauerat: credēdus est autem ipse diabolus hoīs formam ad hoīem assumpsisse in qua dñm circūducere ꝛ ei colloqui posset. [Et notandū q̄ ordo tentationum xpi sic ſm Matth. positus fuit ſm ordinem tentationum ade qui fuit iste. In quacunq̄ die comederis. ecce gula: eritis sicut dij: ecce inanis gloria: sciētes bonum ꝛ malum. ecce auaritia que nō est tñ pecunie: ſz sublimitatis ꝛ sciētie cū supra modum ambiť. ſm vero Aug. Certum nobis nonest que fuerit secda ꝛ que tertia. Sed duo euangeliste varie narrāt pōt assignari: q̄ vna tentatio est de cupiditate principaliter alia de elatione ꝛ frequenter contingit q̄ vnum vtrium ex alio nascitur ꝛ ecōuerso. ꝛ ideo Mat. preponit vnā. Lucas vero aliam. Unde remigi? ob hoc euāgelistarum hanc iste illam vero ille premittit: q̄ inanis gl'ia ꝛ auaritia adinuicem se gignūt. Christus vero diabolū in tentatione gule superauit ꝛ hoc in quodam idolo belis et draconis prefigurauit. In babylone eñ idolum belis pro deo colebatur: q̄ō multum comedere ꝛ bibere dicebatur: q̄ō Daniel destruxit ꝛ sacerdotes eius interemit. Ibidē etiaz in spelunca draco latitabat quē gēs tanq̄ deum estimabat: cui sacerdos statutis horis cibum oferebat: daniel aūt massam de pice et adipe ꝛ pilis confecit ꝛ in os draconis iniecit. Quam cum comedit statim est eruptus: ꝛ sic vterq̄ deuorator ꝛ gulosus per Daniele est destructus: ꝛ ideo daniel xpm designauit qui tentationem gule superauit. xps etiam superauit diabolum in tētatione superbie. ꝛ hoc prefiguratū fuit olim in dauid ꝛ nece golye. Golyas superbissime de fortitudine sua se iactauit: ū dauid funda ad terram deiecit ꝛ ꝓprio gladio interfecit. Golyas gigas figuram supbi tenet luciferi. dauid autem pastor qui hunc prostrauit xps est qui in tentatione superbie humiliter triumphauit. Tertio xps dyabolum in tētatione auaritie superauit q̄ ꝛ dauid in nece leonis ꝛ vrsi prefigurauit. leo ꝛ vrsus auaritiam figurabant: q̄ auferendo sibi oīē eā perpetrabant. Dauid aūt ouem suam eripiens raptores interfecit: et xps superata tētatione auaritie sathanam a se reiecit. [Abiecto aūt sathana [accesserunt angeli] et tanq̄ victori [ministrabāt ei] sic q̄ viriliter pugnādo cōtra dyabolū triūphauerit ministerio ꝛ cōsortio angeloꝝ dign? erit. De tētationū vero suggestiōbus sic dicit Chri. Nūc breuiter perstringamus q̄d significēt xpi tētationes. Ieiunū est abstinētia ꝛ i male. Qñ vero quis inflatus fuerit quasi sanct? ouct? est quasi sup rectū. Et tētatio sequitur primam q̄ñ victoria tētationis gl'iationem opatur: ꝛ fit cā iactantie. Fuge exaltationē cordis ꝛ nō patieris ruinā. Ascensio aūt mōtis est pcessio ab altitudine diuitiarū ꝛ gloria huius mūdi: que de supbia cordis descēdit. sit etiaz dicit Ber. q̄ quartā tētationē de dño nō legit ignorat scripturā q̄ dicit q̄ tētatio est vita hoīs sup terrā. Apl's quoq̄ dicit eū fuisse tētatū per oīa ꝓ similitudine absq̄ pctō. Voluit aūt xps tentari plurib? ex cauſis. Prima est ſm Greg. vt super sua tentatione nos a nrīs liberaret: sicut ꝓ sua mortem nos a nra liberauit. Secūda est ſm Hyla. vt cautos nos faceret: ne scz aliquis q̄tūcūq̄ sanctus presumat de se quasi de tētationib? fit immunis. Et ideo post baptismum ꝛ accepto spūsctō tentari voluit: vt ostenderet q̄ sctificatis maior pugna incumbit. Tertia est ſm Aug. vt nobis exemplū pugnādi daret et per hoc nos instrueret ꝛ vt esset mediator non solus per adiutoriū: sed etiā ꝓ exemplū. Quarta est ſz Chri. vt nos animaret: ꝛ vt scz nemo turbetur de tentationibus preter spem irruētibus dñi etiā xpm videt subdi tentationibus. Quinta est ſm Leonem vt diabolum vinceret ꝛ vincendo eius virtutē ꝛ audaciam reprimeret. Sexta est ſm Apostolum: vt tentatis melius misereri ꝛ cōpati sciret: ꝛ nobis de sua mia spem faceret: q̄ tentatus facilius miseretur ꝛ cōpatitur tentatis. Itē tētari voluit. vt tentatis cōsolationē daret. fuit enim tentatus statim q̄ñ fuit baptizatus: ꝛ q̄ñ a patre filius est appellatus: q̄ñ spiritusſanc̄ in specie columbe sup eius mānsit: q̄ñ celū si it tētatum. bi apertum fuit: q̄ñ. xl. diebꝰ ꝛ noctibus ieiunauit: ꝛ ꝓ hoc deť intelligi q̄ si aliquis tētat non ꝓpter hoc est minus a pctō mundat? nō est mi-

Figura supbie deuicte 1. Reg. 17.

De auaritia. 1. Reg. 17.

Angelorum accessus.

Chriso.

Alsmilitia vt Job. 7.

Greg.

Cur tentari voluerit. Hyla.

Augustin? Chriso.

Leo papa. AA

Remigius.

Figura gule deuicte.

Tentatio nō diminuit in specie

nus dei filiatione dign? non est minus spūsctō
plenus nō est minus celo dignus nō est minus
in penitēcia sua deo acceptus. Igitur q̄ oēs sic
fuit cōtrectatus ⁊ tentatus: nō miremur si nos
tentemur. ⁊ q̄ in oib? vicit: nitamur et nos ei?
adutorio vt vincamus. Nec in aliqua virtute
nostra cōfidam?: sed totam spem ⁊ fiduciam in
adiutorio altissimi ponam?. Et sicut vbiq̄ oēs
aduersarium suū nō ⁊rute potentie sed autori-
tate scripture cōuicit di. scripti est q̄ hūilitate
nō potentia eum vincerent: suę patientie nobis
exemplū pbere volebat: Is nos quotiens a pra-
uis hoibus aliquid patimur ad doctrinā port?
q̄ ad vindictā excitemur ⁊ aduersarios nostros
hūilitate ⁊ patientia magis q̄ superbia ⁊ poten
tia vincam?. Attende itaq̄ ex predictis documen
tum qō oēs in oib? tentationibus suis vsus est
autoritatibus sacre scripture ad nos informan
dū. Attende q̄d ille rūdit ⁊ q̄ tal. s tentatio ad
uenerit dic illud: tu semp: vocz rūdendo per scri
pturā sicut ipe fecit. Unde si tentat te appetitu
bonorū debemus rūdere. scriptus est. Quid sup
bis terra ⁊ cinis: quis potentatus breuis est vita
Si tētat de appetitu diuitiarū rūdeam? scriptū
est. Nihil intulimus in hunc mūdum nec auferre
q̄d possumus: et nudus egressus fuz de vtero
matris mee ⁊ nud? reuertar illuc. Si tentat de
appetitu delitiarū carnaliū: rūdeamus scriptū
est. Caro ⁊ sanguis regnū dei nō possidebūt. vbi
sm Glo. p carne ⁊ sanguinē ventrē ⁊ libidinē. i.
opera carnalia designat: ita de aliis q̄buscūq̄
vicijs impugnamur semper vtamur ipso sa
cre scripture ad defensionem nostram ptra istō
vitiā. De premissis dñi factis sic dicit Anselm. De
baptismo in deserto in spū fortitudinis ingres
sus est: vt vite solitarie in te non deesset exem
plū. Solitudinem ⁊ ieiunium. xl. famis acerbita
tē: tentamenta illusoris spūs equanimiter tole
rasti: vt omnia hec nobis tolerabilia efficeres.
⁊ iterū. Exinde dilectissimus iesus solitudinis
tibi secreta dicauit: ⁊ scificauit tibi ieiunium:
ibi subeūdum docens: cū callido hoste conflictū
hec tibi facta p te sacra ⁊ quoniā mō facta sūt
diligenter attendens ollige eā a quo facta sunt
hec Anselm. Ex ipsa nūc xpi discipule: cuz pio magro
solitudinis secreta perquire: vt soci? ferax esse
crus archana silentij ofonis denote diuturni ie
iunij trine pfectiōis cū callido hoste imitator
fias ⁊ particeps ⁊ in omni tētatiōis discrimine
ad ipm discas hre recursum p eo q̄ non habe
mus pontificem qui non possit cōpati infirmita
tibus nrīs tētatū p oīa p similitudine absq̄ pctō.
Nec timere debes tētationes aut dubitare ⁊ eis
q̄ ds deus diligit sepe castigat: ⁊ multe tribula
tiones nō quozūcūq̄ ⁊ iusto: ⁊ vt cū pbati fue
rint cozonā vite accipiāt. vñ Ambro. Docet igit
te scriptura diuina: nō solum ꝗ carnē ⁊ sangui
nem sed etiā ꝗ insidias spūales eē certamē. Co
rona proposita est subeundat certamina funt.
Nemo potest nisi vicerit cozonarī nemo aūt vin
cere nisi aū certauerit. Ipsi quoq̄ cozone ma
ior est fructus vbi maior est labor. Et iō tenta
tionem nūq̄ timere debemus: est enī cā victorie
materia trūphatoz. nō timeamus tentationes
sed magis in tentationibus gliemur dicentes.
Cum infirmamur tunc potentes sumus. Cū enī
nectitur corona iustitie ⁊ tolle martyrium certa
minatrulisti coronas. tolle cruciatus: tulisti bti
tudines, non debemus igitur tētationes secu-

Rūdet sug gestionib? ex scriptis.
Eccle. 10.
Ibidem.
1. Timo. 6.
Jacob. 5.
1. Corin. 15.
Anselm.
BB
Inuitat ad imitationē
Heb. 4.
Ambro.
Tentationes exoptā de.
Exo. 2.
Loz. 12.

li pro malis timere quibus bona pmia compa
rant: sed magis rogare cōtēplatione conditio
nis hūanę: vt eas tentationes subeamus quas
ferre possum?. hec Ambro. Unde et prosper. Ad
magnam vtilitatem fidelū reseruata est in ate
ria certaminū vt non suphiat scritas q̄dū ho
stiū incursum sentit infirmitas. Attentat autē
diabolus spāl'r sex modis in bonis per elationē
in malis per desperationem: in otio per luxuriā
in negotijs per turbationē: in iustitia p crude
litatem: in ia per adulationem. Et q̄uis mul
tis modis tēret quatuor tū modis spāl'r decipit
⁊ fallit. primo suadendo bonū ppter malū: ⁊ et cū
hoi instabili suadet religionis ingressum ppter
hoc vt apostatet postmodum. Secō suadendo
malū sub specie boni: vt periuratę p rebus alie
nis cōseruādis. Tertio dissuadendo bonū tanq̄
nociū: vt cū dissuadet boño viro religionis in
gressum ne de hoc peniteat ⁊ egrediens confun
datur: vel qñ dissuadet alicui ofonem vel elee
mosynam ne p hoc incurrat vanā gloriā. Quar
to dissuadendo malum: vt peius adducat: vt qñ
dissuadet mtēperantiam victus et somni: vt in
non discretam abstinentiam q̄d peius est indu
cat. Multa ergo sollicitudine pcauendū est oī
bus ne dyabolicis capiant insidij: ⁊ eius innol
uant laqueis quos vbiq̄ ptēdit modis varijs.
vñ Leo papa. Nō desinit hostis antiquus trans
figurās se in angelum lucis deceptionū laque
os vbiq̄ ptendere. Nouit cui adhibeat estuscu
piditatis: cui illecebras gule ingerat: cui appo
nat incitamēta luxurie: cui infundat virus mui
die. Nouit quem meroze conturbet. Quem gau
dio fallat: quē metu opprimat: quē admiratiōe
seducat oēm oiscurit consuetudinem ⁊ pentulat
curas: scrutat affect?. Et ibi querit causas no
cendi: vbi quē studiosius viderit occupari. hec
Leo. Sollicite ergo quilibet vigilet: q̄ nullus
sine tētatione est. vñ Ber. Hoc premonitos vos
esse volo: q̄ nemo ī corpe viuere poterit sine tē
tatione ⁊ qui ab vna liberatur statim expectat
aliā: ⁊ sic petat ab ea liberari vt nouerit aliam
ptinus esse venturā sepius esse sitit vnam oēs
patiat diutius immorari ne alia possit accede
re: aut vna citius liberet vt alia possit exerce
re. hec Ber. Victoria itaq̄ facta ⁊ temptatore vi
cto pre cōfusione recedente venerunt et redie
rūt angeli vt seruientes et subiecti sibi ad obse
quiū paratū ⁊ accedentes ministrabāt ei sicut
vero dño proprij serui volūtatem ei implētes
qui precipiente dño ad xpm recesserāt agonē ei?
pcul aspicientes: vt diuinitas ei? dyabolū ma
gis lateret: vt cōuenienti? locum tētandi habe
ret: ne forte videns circa eū angelos ad eū non
approdinquaret: ⁊ vt victoria xpi excellentior
appareret: hoc q̄ sol? ipm deuinceret ⁊ ne eoz
pfidio eguisse vel vicisse videretur. Precedit tē
tatio vt victoria sequat: post victoriam statim
seruiunt angeli: vt victoris dignitas pprobetur
Ex hoc eēm diuinitas xpi apperet ⁊ fit manifes
tat: q̄ nulla natura sup angelicam nisi diuina.
Et sm Greg. Ex hac re vnius persone vtraq̄ na
tura oñditur: q̄ ⁊ hō est quem diabolus tētat:
idē ipe de? ē cui ab angelis ministrat. Hec aūt
ministratio triplr pōt accipi. Primo de corpali
subuentione: vt sit sensus: ministrabāt. i. esurie
ti in cibo subueniebant. Secō de adoratione: vt sit
sensus: ministrabant ipm tāq̄ deum supplī
citer adorabant. Tertio de congratulatione ⁊

Prosper. EE
Tētationū sex.
Fallendi modi quinq̄.
Tentatio vigilanda. Leo papa.
Ministrati ab angelis.
Joh. iij.
Bern. Tētatis expers nō.
Angeli accessus post victoriam.
Greg.
Ministratio angeli triplex.

laudatiōe vt sit sensus ministrabāt. i. sibi pugnā
ti ⁊ vincēti congaudebāt ⁊ eū laudabāt. De hoc
victoria domini ⁊ ministerio angelorū sic dicit
Ansel. xl. diez cōpleto ieiunio dyabolū cū suis
tētamētis superās angelico est ministerio glori
cat?: edocēs nos toto vite pūtis tēpore delecta
tiōes rez tpaliū declinādo mūdū cū suo pruri
pe pedibus nrīs substernere: ⁊ sic angelicis psidi
dis cōmunir. vñ Ber. Deinde tētatiōibus supe
ratis ⁊ tentatore fugato accesserūt angeli et mi
nistrabāt ei: ⁊ tu ergo si vis hre ministerium an
gelorz fuge. p solatiōes seculi: ⁊ tētationib? resi
ste diaboli renuat. p solari aīa tua in aliis si vis
in dei memoria delectari. vñ et Chri. q̄diu enim
fuit in pflictu posit?: nequa q̄ angelos apparere
pmisit: me. s. aū victoriam superandum fugaret.
Post q̄ ro illū p cicta deuicit ⁊ victū fugere pe
cepit: tūc angeli pūr apparent: vt tu discas q̄ te
quoq̄ post pfectā de dyabolo victoriā angeli re
pente suscipiēt plaudentes tibi teq̄ stiparozus
more vbiq̄ comitātes ⁊ in oib? honorātes. Sic
vtq̄ ⁊ lazar post sornacē paupertatis ac famis
totius prorsus angustie suscipiētes ad requiem
pertulerunt. Et iterum. Angeli agonē christi p
cul aspiciebāt ne videret eorū psidio deuicisse
⁊ victoria facta accesserunt et ministrabant ei.
Sed q̄d ministrabāt scriptura non exprimit: ⁊ s
satis credibile est q̄ ministrabāt ei aliq̄d come
stibile: vt serui ⁊ ministri: q̄ legitur esurisse et
hoc nō ppter necessitatē imporētie xpi ei mini
strabāt: ⁊ ad reuerētiam exhibēdā: ⁊ ppter ho
nozificētiam ptātis: nō eēm dz q̄ adiuuantis q̄
ministrāt. hec Chris. Hic diligētius attende
⁊ cōspice oēs comedentē solū circūstātib? ange
lis ⁊ psidera bene oīa: ⁊ q̄ pulchra sunt valde et
deuota. Et ro q̄d angeli ministrabāt vt post tā
lōgū ieiuniū comederet: de hoc ei scriptura nō
loquit: possumus aūt victoriosiz prandiū sicut
volum? ordinare: ⁊ quidē si ei? potētia psidere
m? poterat res quas vellet creare: ⁊ p sue volū
tatis arbitrio creatas hre: ⁊ s nō iuenim? q̄ hac
potētia p se vel discipulis: suis vsus fuerit: ⁊ pro
turbis ro vsus fuit ꝗs duab? vicib? in multitu
dine magna de panibus paucis pauit: de disci
pulis aūt legim? q̄ eo pūte vellebant spicas p
ter famem: ⁊ comedebant similiter cū fatigar?
et itinere fedebat sup puteuz loquens cum sa
maritana nō dz q̄ creauerit cibos ⁊ s q̄ miserit
discipulos in ciuitatē ad ēmēdū eos: nec est veri
simile q̄ q̄ miraculū sibi prouidere: quia mira
cula ad aliorum edificationē ⁊ in pfentia pluriū
faciebat: ⁊ s hic nō erāt aliqui nisi angeli. Quid
ergo circa hoc meditabimur: in monte nāq̄ illo
non erat habitatio hominum et cibi paratis: sed
alibi parata cibaria portauerūt ei angeli sicut
contigit Danieli. Cum enim Abacuch propheta
pulmentum messoribus suis parasset portauit
eum angelus domini per capillos de Judea in
babylonem ad Daniele vt comederet. et postea
in momēto eū reportauit. Immozemur ergo hic
⁊ hunc modū assumam? ⁊ cū dño iesu in suo pa
dio iocundemur: sentiatq̄ mater sua excellen
tissima de hac eadē iocūditate atq̄ victorie pie
tatq̄ ⁊ deuote sic meditemur. Pergunt duo ex
angelis dño annuēte ⁊ in momento fuerūt coā
mre ac eā reuerēter salutantes de filij sui statu
sibi nūtiāt ⁊ modicus pulmētū q̄d sibi ⁊ ioseph
parauerat ac panem cum alijs oportunis repor
tant reuersi ergo parant in plana terra ⁊ mense

Ansel. de victoria dñi.
Deū.
Christo. post victoriā apparuerunt angeli.
EE
Esca q̄ in deserto refectus est dñs.
Abdat. xij.
Berñ. Tētatis expers nō.
Jo. iiij.
Angeli accessus post victoriam.
Dani. xiiij.

bñdictionē solēniter peragit. Cōspice hic eum
bñ in singulis q̄ agit ⁊ q̄ fuit: sedet in terra com
posite ⁊ cōedit sobrie: circūstāt angeli ministrā
tes dño suo ⁊ hymnū cantant de cāticis spū ac
iocūdātur ⁊ die festū agūt cum eo. Sz (si dici li
ceat) pmirtum est hoc festū ppassiōe p maxima
ppter quā ⁊ nos plozare deberem?. conspicuunt
em eū reuerēter ⁊ cōsiderātes deū ac dñm suum
⁊ totius mūdi creatorē qui dat escā oī carni sic
humiliatū ⁊ fustētatione cibi corpalis indigen
tem ⁊ comedentē sicut ceteri de populo mouēt
compassiōe sup eo. Et credo q̄ si corde affectuo
so in hoc statu eū respiceres ⁊ eū aliq̄liter dilige
res ex valida compassione plozares. Tandem sus
tētatione cibi p cepta ⁊ gratarū actione reddita
dñs iesus volēs ad matrē redire cepit de mōte
descēdere. Cōspice etiam nunc bñ eum quomo
do solus vadit nudus pedibus dominus oīm ⁊
ei vehementer cōparere ⁊ vade semper cū eo ser
uiens ipsi in omnibus studiose.

Pſa. cxxxv.

Oratio.

Oratio. O ne Jesu q̄ ductus in deserto a spū
ieiunās. xl. diebus ⁊ noctib? ⁊ postea
esuriens tentatorez tuū superastis: da
mihi iesu misericors p virtutē abstī
nētie ⁊ continentie ieiunare a vitijs ⁊ peccatis
esurire ⁊ sitire iustitiā: ⁊ vt tentatorē meum in
mo tētatores meos: mundum: carnē: diabolum
deus tua gratia de? tuo auxilio valeam superare
⁊ quia tētatio est vita nostra ⁊ miseria super ter
rammemento oīs nostre miserie ac laboris et
da nobis in temptatione nō cadere: sed per tuā
tēptationē semp vincere ⁊ tādē ab omnibus tē
ptationibus misericorditer liberari. Amen.

Sentia tēptationū.

De testimonio Johannis de christo. Capitu. xxij.

Et hec est testimonium Johānis de xpo.

Et hec est testimonium Johānis de xpo. Alter aūtem die post regressum a deserto venit Jesus ad Joadanem quem Johannes videns [ad se venientem] ostendit eum digito et exclamauit di. [Ecce agnus dei ecce q̄ tollit peccata mundi.] Ubi tāgit testimoniū Johānis de xpo duplicīter. Primo quātum ad eius verā hūanitatē in q̄ p nobis imolatus est cum dicit [ecce agnus dei]. i. a deo missus vt hostia acceptissima immolandus. Secō ḡtum ad eius diuinitatem: cū subditur [qui tollit peccata mundi] q̄z tollere pctā est ppriū ipsius dei. Hec quippe est cā qua venit vt pereuntis mundi pctā suscipiēs pcti labem ⁊ oim mortem in se qui vinci nō posset aboleret iam venerat: et non agnoscebatur: sed nunc demōstrat. Ecce est hic quem desiderauerūt patriarche: quem prenunciauerunt prophete: quem prefignauit lex ecce agnus dei qui tollit peccata mūdi: ac si diceret. Ecce innocens inter peccatores iustus inter re probos: pius inter impios: in quo nullum peccatum potuit inuenirī: ideo potēs est tollere peccata mundi: vñ sicut agnus oblat? est pro pctis populoz: q̄z in eo est gratia ⁊ virtus purgatiua peccatorū. Specialiter aūt inter cetera aīalia que in lege offerri cōsueuerunt xpm agnum dictus xpo noiauit: q̄z s alia aīalia immolarentur in lege: vt bos: vitulus: capra ⁊ cetā xpm magis ⁊ potius vocatur agnus q̄ cetera animalia immolasitia. Primo q̄z inter omnes figuras veteris testamēti agnus paschalis expressius figurabat christū innocentem immolandū: q̄z ille paschalis agnus erat sine macula: per eius immolationem filij

Joha. i.
Testimonium Johānis de xpo.
Agnus cur dictus xpo
Exo. xij.

israel liberati sunt a seruitute egyptiaca. Sic ⁊ xp̃s erat sine pcō: ⁊ per eius passionē liberati sumus a seruitute dyabolica: ⁊ nō solū propter innocentiā: sed ⁊ ppter simplicitatē xp̃s dictus est agnus: q̃z sicut agnus ad victimā ductus est ⁊ nō aperuit os suū. Scdo quia ꝗ alia fierēt sacrificia in tēplo certis tēporibus: vnum tū erat quotidianū in quo iugiter vnus agnus mane ⁊ alius vespere offerebatur: nec hoc mutabat vn q̃: sed tamq̃ principale obscruabat: alia erāt ex adiūcto ⁊ tpe determinato. Hoc ergo iuge sacrificiū qd̄ figurabat pperuitatē bītudinis fiebat de agno: sic ⁊ xp̃s nostra ppetua beatitudo est.

Agnus ab agnitione. Agnus qui ⁊ agnouit matrē curā eius discipulo ꝓmittens. tollit ⁊c.

Agn⁹ etiā ōz ab agnitione siue ab agnoscēdo: q̃z agnouit p̃ēm fact⁹ ei vsq̃ ad mortē obediens: Agnus ōz etiam a pietate qua tollit pctā mundi nō semel tm̄ sed ⁊ quotidie. vnde Theophil⁹. non dixit qui tollet sed qui tollit: quasi semper hoc faciente. Non em̄ tūc solū tulit cum passus est: sed ex illo tpe vsq̃ ad presens tollit: nō semper crucifixus. Unam em̄ ꝓ pctis obtulit oblationem: sed semꝑ purgans p illā. hec Theophi.

Theophil⁹ cur tollit nō tulit dixit.

B

Tollit enīz pctā satisfaciēdo ⁊ lauādo nos a peccatis in sanguine suo et preter hec dimittendo quotidie q̃ facta sunt ⁊ adiuuādo ne fiant omni no liberādo: sc̄z pducēdo ad vitā vbi omnino fieri nō possunt. Non solū autem lauit nos q̃n sanguinē dedit ꝓ nobis: vel quādo baptizamur in misterio passionis illius: verñ etiā quotidie lauat nos in sanguine suo cū eiusdē beate passionis memoria ad altare replicat cū panis ⁊ vini creatura in sacrameentum carnis ⁊ sanguinis eius ineffabili spiritus sanctificatiōe transferē cū sanctissimo eius corpe ⁊ sanguine satiamur.

Lauat nos agn⁹ in sanguine suo.

illuminatio dulcescit. [Omnis aūt homo primus vinū bonū ponit] q; hoīs ea que ad vita pertinent, sez delectabilia amant et querunt in pāti deinde q̄ deterius est; q; amara inuenient et recipient in futuro. Sic ergo diabolus primo fugerit aliqua sub specie bonitē cum quis per com placentiam inebriatus fuerit; tunc q̄ deterius

Matt. 7. 2. Tim.

est sez enormitates diuersas in peccatis superinducit; sed christus non primo vinum bonū ponit; sed in posterum seruat; q; a principio amara et dura proponit; q; arcta est via que ducit ad vitam. Et omnes qui pie volūt in xpo viuere amaritudines et tribulationes patiunt; sed in futuro delectationes et gaudia consequunt; et parua sunt bona que nobis tribuit in pseti tpe ad cōparationē futuro; que bonis daturus ē i eternitate. Bonus medicus nunq; dat bonū et purū vinū infirmo vel illi qui euasit de infirmitate q̄ diu est debilis donec pfectam habeat sanitatez; ds dat sibi vinū aqua mixtū, sic hoīe existente in vita ista q̄ quis euaserit infirmitates peccati; tū debilis est et pōt reciduare. Dat oūs vinū mixtū aqua tribulationis; ds in fine q̄ habebit pfectā

Ad Beri.

sanitatē tunc dabit vinum purum eterne cōsolationis. De predictis hydrijs et metretis sic dicit Berū. Sex hydrie posite sunt his q̄ post baptismum in peccata labuntur. Prima hydria et prima purgatio in cōpunctione est de qua legim; q̄ si in quacunq; hora ingemuerit peccator oēs iniquitates eius recordabuntur. Secda vero cōfessio est; oia siquidē in confessione lauant. Ter

Hydrie sex Scōm aliā translationem.

Luce. 11.

tia elemosina; largitio hinc eīm habes i euāgelio. Dare elemosynā et omnia mūda sunt vobis. Quarta est remissio iniuriar; sm q̄ oātes dicim. dimitte nobis debita nra sicut et nos dimittimus debitoribus nris. Quita est afflictio corporis, vnde ero; mus; et mūdi p abstinētiā deo canamus gloriā. Sexta est obedientia pceptor; sicut audierunt discipuli q; vtinam mereamur audire ex nos; vos mundi estis, ppter sermonem quez locutus sum vobis. Nimirū; q; non erāt sicut hi de quibus sermo dicit. Sermo meus nō capit in vobis; sed in auditu verbi obedierāt ei be sunt sex hydrie posite in purificationem nostram et que vacue sunt et plene ventor; ti pra mani gloria obseruant. Aqua replentur si timore dei custodiet; q̄ si timor domini fons vite; aqua ind; timor domini est; et si minus sapida; ds optime refrigerās aiam noxijs desideriis estuante; aqua est que iacula inimici ignita possit extinguere. Sed diuina virtute aqua mutat in vinū q̄ si perfecta charitas foras mittit timorem. Dicunt autem lapidee hydrie non tam propter ditiā q̄ ppter stabilitatē capientes singule metretas binas vel ternas due metrete timor gehenne incurrēte; timor glorie amittente; sed q; hec de cōtingenti futuro sant et blandiri sibi potest; ata di. post q̄ aliquādiu in voluptatibus tuis vixeris; ages penitentiam; vt nec ista perdas nec illā incurras; bonū est adhiberi et tertiū; qui vtiq; spūalibus notus ē; eo vtilior quo de pseenti est. Et ment qui nouerūt spūalem cibū nequādo forte fraudent eo. Ipse est panis angelor; panis viuus, panis quotidianus; hic est de quo p missus est; q; centuplū accipiemus in hoc seculo. sicut eīm mercenarijs et cib; quotidianus datur in opere et merces seruat in fine. sic domin; vitā in fine redder; et interiz centuplū reprōmittit et exhibet. Quid ergo miz; si tunet ne perdat hāc gram; q̄ ia secutus ē eā. hec est metreta tertia quez sub distinctione signanter posuit eo q̄ nō oīm sit; q; nec oibus cētuplū reprōmittitur. Et iterū Ber. Queramus ergo mensuras quas hydrie capiebant binas aut trinas. Nam et saluator triplicem nobis aquam apponit et pfect; oīs erit q̄ has tres metretas habuere poruerit plorat ipse super lazarum et super ciuitatem hierusales; hec est aqua prima iudata imminente passionis hora, et hec est secunda non ab oculis tm; sed a toto corpore manans rubea quidē et ia guinea. Tertia vero vna cuz sanguine manauit ex eius latere; et tu ergo primā habes si de pctis cōpunctus conscientie statū rigas. secundā habes si in sudore vultus tui pane tuo vescaris et laboze penitentie corpus tuū castiges. est autē colozis sanguinei siue ppter laborem; siue propter ipm concupiscentie quē extinguit ignē. Ia ꝗ o si proficere potes vsq; ad gratiam deuotiōis poraberis aqua gre saluatoris et spiritussancti qui super mel dulcis est in te fiet aque fons i vita eterna salictis; et memento hāc esse aquā que de latere dormientis procedit et sine oī malestia fluit. Oportet eīm q̄ iam mūdo mortuus sit qui i hac gra delectari voluerit. Prima igitur a pteritis delictis abluit conscientiā. Secda vt futura capias extinguit concupiscentiā. Tertia vo si ad eā peruenire meruerit sitientē potat aiam. hec Berū. ¶ Finito aūt cōuiuio oūs iesus vocauit iohannem eozsum et dixit ad eū. Dimitte hanc vroze et sequere me; qui viso miraculo in eius nuptijs facto stati relicta sponsa sua secutus est oūz; hec fuit prma vocatio iohānis qua ad xpi venit familiaritatē et notitiā. Sponsa vo eius anachira nomine vel sm alios maria mag dalena; voluntarie sicut sponsus eius cuz aliis sanctis mulieribus oūm est secuta. Dei enim p liste fecta sunt opera et ideo ex quo vocauit vnū cōiugū conuenens fuit vocare et alterum. In hoc alter q̄ q̄ oūs nuptijs interfuit carnale matrimonii oūm approbauit; ds in eo q̄ iohannem de nuptijs gredi

Johan. Johan.

vocauit

vocauit intelligi a pte dedit q̄ longe dignior est spirituale matrimonium q̄ carnale. Unde i ecclesia obseruatur q̄ ante copulā carnalē potest licite alter cōiugū intrare religionē. ¶ Ofo.

Omine Jesu xpe qui tempore gre ad nuptias sez cōiūctionis tui et ecclesie; p carnē venisti et aquā in vinū cōuertisti dū ea que in scriptura veteri carnalia videbant spiritualia ostendisti; vnde plene

B Joan. 2.

sunt hydrie; q; implete sunt pphetie; conuerte quesō animam frigidam in charitatis tue feruorem insipidam in suauitatis tue saporem; fluxibilem et instabilem in virtutis et gratie tue pstātia mutans aquā totius mee indeuotionis in vinum fructuose cōpunctionis; quo me miserum semper potare et inebriare ac illud tandem in vinum iucunditatis conuertere de tua misericordia dignetis. Amen.

¶ De prima electione vendentium de templo et de Nichodemo. Capitulum xxvj.

Refacto miraculo in mense. ianuarij facto moram traxit Jesus in galilea vsq; dum appropinquaret mensis azimis in quo tunc erat pascha iudeorum; et tunc [descendit] sm loci

Capharnaum.

situm de chana in [capharnaū] metropolis galilee [ipse et mater eius] descenderunt similiter [fratres eius] id est cognati eius sm carnez; sez consanguinei matris vel ioseph; qui pater putabatur [et discipuli eius] qui per eum erudiebāt. Jō aūt capharnaū q̄ erat metropol' voluit venire; q; ia iceperat gloriā suā manifestare. [Et mansit ibi nō multis dieb'] q; ciues capharnaū valde corrupti nō se exhibuerūt deuotos ad suscipiendum xpi doctrinā; et q; imminebat tps eundi in hierles ppter primū pascha iudeor;. [Appropinquante aūt [pascha iudeor; ascēdit Jesus] cū discipulis suis [hierosolymā] metropolis iudee; sm legis pceptū. Et inuenit in tēplo

Tēplū in q̄ vendentes inuēti.

boues et oues et clumbas et nummularios sedentes, [nomine tēpli mō accipit hic ipsa dom' domini in q̄ erat altare thymiamatis et cāderabrū nec atriū sacerdotū in quo erat altare holocaustorum. sed quoddā atrium vbi hoīes orabāt et doctores docebant; et vbi vendebant ea q̄ in tēpla offerebantur. Et q; de longinquo adduci nō poterāt; iō sacerdotes q̄ ppter cupiditatē diuersis adinuēriōnib' populū depauperabāt; statuerunt hoīes q̄ talia ibi vēdebāt; vt venientes de longinquo excusationem de oblationibus dimittendis non haberēt. Aliqui etiā aduenētiū nō habebāt pecuniā; et iō statuerāt ibi cāpsores; qui sub cautiōe tradebāt eā; et cum hoc vltra sortes recipiebāt aliqua munuscula; nō tamē pecuniā ne arguerent manifeste cōtra legem dādo ad vsurā [et flagello] de funiculis facto [eecit oēs] sez vēdentes et nummularios ac [oues et boues] de tēplo [et nūmularior; es] id ē pecunias [effudit] et diuersa sparsit [et mēsas] eor; q̄ erāt quasi vasa denariorū [euertit] et deiecit; et his q̄ columbas vendebant dixit [Auferte ista hinc] de loco isto [et nolite facere opere vestro illicito [domum patris mei] que est domus orationis [domum negociationis]. Bis legimus Jesus ascendisse hierosolymā in pascha semel in primo anno pdicationis; vt hic; iterum illo anno quo passus fuit. Et hic quidem in principio signorum expulit vendētes de templo; sed secundo ad passionem veniens expulit vendentes et emētes durius agendo; multo quippe maior; numerus erat emētiū q̄ vendentiū. Hic quoq; remissa quadam increpatione vtiq dicens [nolite facere domum mei pris domum negociationis] ibi aūt duriori bus ser monibus vtebat dicens. Nolite facere domum meā spelūcā latronum. Fecit aūt flagellum de funiculis; q; sm August. de peccatis nostris sumit materiā vnde nos puniat. Ipsa enim prelatio pctōrum sm q̄ peccata peccatis addūt quādā funiculi dicunt; vnde in Prouer. 5. q; impius funibus peccatorum suor; constringit. Mistice sm arcuinū quotidie deus spūal' ecclesia z suā intrat; et qual' vnusquisq; cōuersef attēdit; caueamus ergo ne in ecclesia dei fabulis vel risibus; vel odijs; vel cupiditatib' vacem'; ne improuisus veniēs nos flagellet et ō eccl'ia sua nos eijciat. sm Augu. Vendētes in eccl'ia; sunt qui que sua sunt querunt non que Jesu xpi i venale

Hierosolymā bis ascēdit.

Augustinū. Funiculi pctōrum. Prouer. 5. Alcquin'.

Augustinū. Vēdentes in ecclesia.

totum habent; quia redimi volunt. ¶ Et nota q̄ per oues innocentes que suo vellere vestiendis prebent opera mundicie et pietatis signant que venduntur oū pro laude humana sub hypocrisis in vestibus ouiū gerunt hypocrite nam mentē lupinā habēt sub ouia pelle. Per boues q̄ erāt pdicatores celestis docrie significant q̄s vendunt qui non amore dei sed pro questu tpali pdicāt. Per boues etiā qui laboriosi sunt signari possunt illi qui magnos labores sustinēt pro diuinis vt per hoc in ecclesia valeant promoueri. Columbas vendūt qui acceptā spiritussancti gratiam que p columbam accipitur nō gratis; sed ad premium dāt; et si nō ad q̄stū pecuniae; ad vulgi tamen fauorē tribuūt; non ad vite meritum; sed ad gratiam largiunt. Nummos mutuo in ecclesia dant qui non simulate celestibus sed aperte terrenis rebus in ecclesia deseruiunt; et sua non que Jesu querunt. Domum etiā domini domū negotiationis faciunt; non solū hi sed; etiā qui gradum vel gratiā spiritualē quā in eccl'ia perceperūt nō simplici intentione sed causa humane retributiōis exercent. Omnes istos eecit de tēplo xps signans q̄ sunt excluſi de tēplo glorie sancte dei. Qui ergo nolunt de ecclesia et de domo celesti veniente oño auferri; auferāt ista de actibus suis et ab auaritie et symonie cessent negotijs; eijciuntur eīm de parte sortis sctōr; q̄ inter sctos positi vel ficte bona vel aperte mala faciunt et funiculis pctōr; mō flagellant ad correctionē quib' incorrecti in fine ligabunt ad dānationē. Posuit aūt domin' remediū et opis et ō bi vt doceret eos qui curā habēt ecclesie subditos facto et verbo debere corrigere. ¶ Si igit in figurali tēplo etiā in atrio eius qd est dom' oronis, phibet negociationē q̄ honesta putat cū sit de his q̄ in tēplo offerunt; multo magis, phibet comessatiōes; potatiōes; rit'; lites; vanilogū et hmōi fieri i eccl'ia dei. Ergo cū oīs xpi actio nobis debeat eē lex et pceptio nō lz cādelas vl' alis merces etiā dño offerendas in ecclesia vēdi nec aliquod officiū nisi merum eccl'iasticū exercēri. [Recordati vero sunt discipuli eius; q; scriptum est] in ps. de xpo [zelus domus tue comedit me], i. accēdit. Ex xpi eīm facto recordati sunt scripture illius et ipletiōis eius in xpo. Bonus

Ad Joan. 2.

Eiecit de templo.

Lercor; ill licita vēditio i tēplo. ps. 68.

D Zelus bonus.

zelus est animi feruor in bonū quo mēs relicto
& abiecto humano timore p defensiōe veritatis
accenditur. Unde Augustin. Fratres vnusquisq;
xpianus in mēbris xpi zelo domus dei comede-
batur. Quis comeditur zelo domus dei. Quiola
Augustin. Zelo comedi. que forte ibi videt peruersa satagit: corrigi cu-
pit: emendari non quiscit. Si emendare non po-
tes tolera: gemens suspira: sustine paleā: verbi gra
tia: vides fratrem currere ad theatrū, phibemo
ne contristare: sic zelus domus domini comedit
te: vides alios currere & inebriari velle: phibe
quos potes: tene quos potes: terre quos potes:
quibus non potes blādire: noli acquiescere. Si
aūt fueris frigidus et marcidus ad te solum ex-
pectans & quasi tibi sufficiens dixeris in corde
tuo. Quid mihi est curare aliena peccata sufficit
mihi anima mea: vt ipsam integrā seruē deo
Ega non venit tibi in mentem seruus ille q̄ ab-
scondit talentum et noluit erogare. Nunquid ei
accusatus est: quia perdidit et non quia sine lu
cro seruauit: Sic ergo audite fratres mei vt nō
quiescatis. Nolite quiescere lucrati xpo: quia
zelus quid sit. lucrati estis christo. Hec Augustin. Ubi sciendus
q̄ zelus dicit quandam intentionē amoris quo
intense deum diligens nihil sustinet quod amo-
ri suo repugnet. Ille igitur ꝓprie zelum dei ha
bet qui nihil patienter sustinere potest contra
honorem dei quem maxime diligit. Nos autem
debemus diligere domum dei intantum q̄ zel?
eius nos comedat: cum si quid contrarij fieri
videmus studemus etiam quantumcunq; cpa-
ri nostri sunt qui hec facūt remouere nec time
remus ꝓpter hoc aliqua mala ꝓperi. ¶ Atten-
zeli meritum. dendū est aūt quanti meriti sit zelus domus do
mini et generaliter oīs zelus bonus cui? actum
inter prima opera osīdit: cui? merito phinees
pactū sempiterni sacerdotij accepit. Cuius fer-
Nume. 25. uore mathathias legē defendit: cuius igne suc-
1. Mach. 2. cēsus helyas ꝓphetas Baal it efecit. [Et dixe-
3. Re. 18. runt ei iudei q̄ signū osīdis nobis & hoc facis].
i. q̄ cum tāta auctoritate & prāte nos expellis:
non videt hoc tui officij esse: nec credim? tibi li
cere ergo osīde nobis signū quo credam?. Quā-
uis esset factum esset bonū de se: nō tū ptinebat
ad quēlibet hoc facere: sed solū ad eū q̄ haberet
auctoritatē corrigēdi excessus sacerdotum q̄ō
non cōueniebat alicui de cōi ppl'o: cuis sacerdo-
tes essent superiores ppl'o illo: sed prophete q̄ñ
q̄ mittebant ad hoc spāl'r a deo. cū ergo xpus nō
esset filius Aaron & p ꝓs nec pōtifex sm legem
nec esset rex in cōspectu ppl'i nō apparebat eis
q̄re sic auctoritatiue ejiceret eos: mēsasq; sub-
uertere: nisi diuina auctoritate propheta ma-
gnus missus esset: & ideo petierunt signū missio
nis sue non ausi man? in eū inijcere. Signū pe-
E Signa petunt iudei. tunt vt sue potēte fidē capiāt: familiare ei erat
iudeis signa querere: vt pote per ea ad legē & fi-
dem vocati. Querebāt autē nunc signū: non vt
crederent & venerarent: & quasi desperantes q̄
signum osīdere non posset: & sic eum deriderent
& impugnarent: quod ex hoc ptz: q̄: statim dictū
suum impugnauerūt. Dedit ergo eis signum po
testatis diuine in suscitatione corporis sui pro-
pria virtute: et q̄ praue querebant nō dedit eis
signum apertum: sed occultum & in figura de sua
resurrectione: quia digni non erant vt predice-
ret eis resurrectionem sui corporis manifeste.
Unde [respondit et dixit eis. Soluite templum
hoc et in tribus diebus excitabo illud] Hoc aūt
dicebat spiritualiter de templo corporis sui. s. i.
transitiue hoc est de templo q̄ō est corpus suus
loquendo de corpore suo sub non ine tēpli: quia
humanitas christi erat speciale habitaculū ipi?
dei. Templū ꝑ in qua de? inhabitat: q̄ in cor-
pore xpi diuinitas inhabitat: ideo corpus chri-
sti tēplū dei non solū sm animam: sed etiam sm
corpus dr. Nec dicebat hoc imperando vel cōsu-
lendo vel hortando: sed id q̄ō facturi erant pre-
dicendo & denunciando: nō enim est verbū indu
ctiuum ad hoc faciendus cū fuit simpliciter ma
lum ex pte iudeorum: xps aūt nō poterat induce-
re ad malū: sed est ꝓbum denūtiatiuū eius q̄ō
erat p ipsos fiendū qui hoc q̄ō affectrabāt demō
strat nō esse absconditū. q. d. [soluite]. i. soluetis
qui in passione xpi aia fuit soluta a corpore: & sā
guis a carne: & cōtinuitas membrorū in fixione
clauorū et lancee: & ego virtute in me latētis di-
uinitatis excitabo quasi a somno illud templū
per vos dissolutū. Dedit ergo eis signū resurre-
ctionis futur: quia in hoc maxime potentia et
virtus diuinitatis eius ostenditur: non esset pu-
ri hois est vt se a mortuis exitare: sed sol? xps
qui inter mortuos liber fuit hoc potētia & virtu
te diuinitatis sue fecit. Hoc etiā fuit signum pe-
nitentie & remissionis quod solū peccatoribus
comitebat. Et q̄ dedit eis signū in figura vo-
cans corpus suū tēplum: ideo illi carnales hoc
non intelligentes: sed de inanimato tēplo eum
hoc dicere putantes deridebant eū: et volebāt
arguere dictum suum p materiale tēplū dicen-
tes. [Quadraginta et sex annis edificatum est
templum hoc]. i. reedificatū [& tu i tribus dieb?
excitabis illud] hoc dixerūt deridēdo quasi eēt
impossibile & multo plus derisissent si resurre-
ctionem sui corporis manifeste p̄dixisset: q̄ difficile
est resuscitare mortuum q̄ō edificare tale
templū. Et non loquit de tēplo facto p Salomo-
nem: q̄ illud fuit edificatū in septē annis & per
fectum: et postea p Nabuchodonosor destructū:
sed loquunt de tēplo reedificato per zorobabel
et neemiā post captiuitatē babylonicā: quod fa
ctum fuit in. xlvi. annis ante q̄ō cōpleret inimicis
prohibentib? q̄: iudei impediebant in edificatio
F Templum xlvi. annis factum. ne templi a nationibus in circuitu eor? existen-
tibus [multi] autem tunc [crediderunt]. i. crede
re inceperunt [in nomine eius]. i. in sue diuini
tatis notamine cuius notā fecit per signa & ō se
quitur [videtes signa q̄ faciebat. [Unde patet q̄ & i
fide adhuc cōfirmati nō fuerūt: q̄ magis signis
quam et deuotione crediderūt]. Jesus aūt non
cerebat se eis eis eo q̄ō ipse nosset eos & quid es
set in homine] scire enim ea que sunt in corde ho
minum solius dei est qui solus corda plasmauit
& ideo sciuit quod instabiles erant. & in tempo-
re tentationis recederent. Quapropter vt dicit Scire cogitationes solius dei.
Beda. Admonemur vt nunq̄ de nostra conscientia Beda.
securi simus: vt semper solliciti formidemus: q̄
quod nos latet eternum arbitrum latere nō va
let. ¶ Dubitatur hoc quenā signa videntur fa- Signa hoc facta;
cta a Jesu cum nullum legamus eum tunc si-
gnum fecisse in hierlem. Ad q̄ō potest dici vno
mō q̄ multa signa facta sunt ibi tunc a Jesu q̄
hic nō habent: nā euāgeliste multa sciēter pre-
termiserūt de miraculis xpi: cū tot fecerit quod
non possunt scribi de facili. Alio mō q̄ inter ce-
tera miracula pōt maximū reputari signū q̄ cū
flagello vno Jesus de tēplo solus & parū adhuc
reputatus eiecerit multitudinē hominū. Diuia-

quidā virtus in illo fctō opabat quē apparebat
in effectu cū volebat. Corpus eni xpi erat instrū
diuinitati cū nunciū: & ideo quidā fulgor radiosus &
mirabilis egrediebat ō vultu & oculis eius vir
tute diuia eos deterrēs quo territi sacerdotes
& leuite & alij nō audebāt nec poterāt ei resiste-
re sicut & in passione vox illa diuinitatis quodā
mō instrm erat qua magnas armatos multitu-
dinē legit ꝓstrauisse vñ Hiero. in Mat. de scōa
eiectiōe. Plurimiq; arbitramur maria eē signo
rum q̄ lazarus suscitatus est: q̄ cecus ex vtero
lumē accepit: q̄ in iordane vox audita sit pris:
q̄ trāsfiguratus in mōte gliam oīdit triumphā
tis: nihil aūt iter oīa signa que feeit oīs hoc vi-
detur esse mirabilius: q̄ vnus hō ex illo tpe cō-
Priero. Signorum maxima. tēptibilis: & intantū vilis vt postea crucifigere
tur: scribis & pharisei: contra se sentientibus et
videntibus lucra sua destrui: potuerit ad vnius
flagelli verbera tātam ejicere multitudinē men
sas: q̄ subuertere & pfrigere cathedras & talia fa
cere que infinitus non fecisset exercitus. Igne-
um eni quoddā atq; fidereū rabiabat ex oculis
eius & diuinitatis maiestas lucebat i facie Hec
Hie. De his aūt qui crediderūt i noie eius ē sciē
dū q̄ sm Aug. illi credūt i noie eius: qui nō solū
B. August. Credere in noie xpi. ꝓpter signa credūt & adherēt noi eius. qui non-
dū sacrs baptismi pceperūt velut cathecumini
hoc est instructi: & q̄ plenā fidē vt opz nō habēt
in xpo & eius sacra. ō adhuc nō credit se eis: q̄
ēt nō dat eis corpus xpi q̄ō quidē corpus sicut
Chriso. pficere non pōt nisi sacerdos pfectus: nta nul
lus sumere dz nisi baptizatus. Et fs Chriso. Isti
qui ꝓpter signa credebāt in noie eius nō firmi
ter: nec pfecte credebāt i eū: & ideo nō pfidebat
in eis: sicut in discipulis pfecte & firmiter credē
tibus: nec recipiebat eos ad pfectionem & cōui
ctum: vt cum eo inseparabiliter habitarēt: nec
omnia sua dogmata & secreta eis committebat:
ne eis altiora misteria fidei reuelabat: quia ho-
rum credulitas nō erat ex fide firma: sed ex sus-
pitione quam de xpo receperant propter signa:
nec estimabant cū deus: is hoiem a deo missum
doctorem veritatis. Et ideo signanter euangeli-
sta: vt ostendat eos imperfecte credere: non ōt
q̄ crederēt in eū: q̄ nondū credebant in eius di
uinitatē: fs dicit in noie eius. i. illō q̄ō de eo no-
mine tenus dicebatur: scz quod iustus & hmōi.
H Johan. & Nicodemi ap xpm accessus. vñ [Nicodemus] inter istos [princeps] ac vnus
de [phariseis] & pricipibus: seu magistris iudeo
rum: q̄ in tenebris huius errozis erat [nocte ad
iesum] & ad lucē venisse phibetur. Ipse quidem
in tenebris erat non lux: q̄ nō renatus. Et ideo
nocte [ad lucem] venit q̄ illuminari volebat p̄
timore quoq; populi quēs offendere metuit cū
esset vnus de rectoribus: quia tunc populus p
doctores & sacerdotes gubernabatur in palam
venire: & sciri non audebat ne de synagoga ex-
pelleretur: ꝓre verecūdia etiam palam addisce-
dit: quia magister in Israel erat secrete: & extra
turbam aliorum docēdus ad iesum solus venit
vt ab ipso plenius instrueret. In hoc etiā quod
nocte venit a studio & diligentia inquisitionis
commendatur & secretum significabat quod ex
Beda. tra scriptum dicere veritatem volebat. vñ Be-
da. Hic venit ad Jesum nocte: cupiens secreta
eius allocutione discere misteria fidei cuius a-
perta ostensione iam rudimentum perceperat.
hec Beda. Et q̄ prudēter aperta signa notauit
plenius fidei misteria requirit. Et ideo de his
que ad fidē prinēt doceri meruit. Instruxit eū
eū oīs de scōa & spūali gnatione seu natiuitate
scz de baptismo & de introitu regni dei ac de sua
diuinitate & vtraq; natiuitate de passiōe quoq;
suaac resurrectione: & ascēsione: necnō de vtro
que aduentu & pluribus alijs ad salutem neces
sarijs. Unde gruenter hoc euangeliū in festo tri
nitatis legit: q̄ in eo de baptismo dr qui in no-
mine trinitatis cōferē. Hoc q̄ppe sacrm baptis-
matis est necessitatis. & ideo oportet q̄ habeat
in re si est possibile: vel in voto quo ad preoccu
patos: nā vbi contemptus in aliquo baptismus
aque excludit: neq; baptismus flaminis: neque
sanguinis prodest ei ad vitam eternam: q̄ non
pōt introire in regnū dei. Hoies nam; non as-
cendūt illuc nisi inquantū efficiunt mēbra xpi
p gnationem aūt spūalem veniunt fibi & mēbra
eius fiunt: & sic virtute ipsius ascēdunt [Nemo ei
ascēdit]. i. ascēdere poterit [in celū] ꝓpria virtu
te [nisi qui descēdit de celo] nō p motū localē ce-
lū dimittēdo: fs carnes de nouo sibi vniendo: q̄
oīs qui ascēdit virtute ipsius ascēdit: & ipe solus
p suā virtutē ꝓpriā ascēdit. ¶ Si aūt hic obij-
cit q̄ plures veteris testamēti saluati sunt sine
baptismo: dicendū q̄ nō erat in pceptor cōsecu-
ti sunt tū spūalem vitam per gratiā in fide xpi
venturi: & sic habuerūt rem baptismi: habuerūt
ipsum etiam in figura in aliquo correspondentē
per q̄ō tollebatur peccatum originale. Ideo Trinitatis expressio.
etiam hoc euangelium in festo trinitatis legit:
quia in eo quelibet personarum aperte exprimi
tur. Nā psona filij est que loquit: psona pris ex-
primit cū dr [scim? q̄ a deo venisti] persona spi-
ritussancti cuius dr. [Nisi quis renatus fuerit ex
aqua & spiritusancto &c.] Exprimunt autem p-
fone diuine cum suis appropiatis. Exprimitur
aūt persona patris cum sua potentia cū dr [Ne-
mo pōt hec signa facere que tu facis: nisi fuerit
deus cū eo] signa enim facere diuine potentie
est. Exprimit psona filij cū sua sapientia cum dr
[scimus q̄ a deo venisti magister] ad magistrū
enim spectat sapientiam docere. Exprimit pso-
na spūscti cū sua bonitate cū dr [spus vbi vult
spirat] non enim nostris meritis: sed ex sua gra
tuita bonitate se nobis infundit. Quāuis enim Attributa personis diuinis.
pater & filius & spūsctūs habeāt eandem poten
tiā: sapientiā: & bonitatē: tū q̄ apud nos nomen
pris ꝓpter antiquitatem importat importeniā
ne simplices hoc crederent de pre celesti attri-
buitur sibi potentia. Similiter nomen filij apd
nos ꝓpter iuuenturē importat imperitiā. ō ne
de filio dei hoc credat: attribuit sibi sapiētiam
militer nomen spiritussancti apud nō importat Esa. 2.
quēdam furorem. iuxta illud Esa. Quiescite ab
hoie cuius spiritus in naribus eius est: ideo ne
de spūsancto hoc credat attribuit sibi bonitas. Fides ō tri
Fides & cōfessio sctē trinitatis si eam deuote re nitate quid conferat.
ceperimus valet inter cetera ad tribulationum
ꝓpulsionem. Nam sicut ait Johannes damas.
Cum apud constātinopolim pestilentia grauis
esset quidā puer de medio populi in celū rapt?
canticum sancte trinitatis. s. Sancte deus: sctē
fortis: sctē & miserior saluator miserere nobis
ab angelis est edoctus & q̄ō cum rediens coram
populo decantasset: mox omnis pestilētia est fu
gata. Per nichodemum qui venit ad iesu? vt de
pertinentibus ad fidem plenius erudiretur: fi- Moraliter
gnificat discipulus humilis & diligēs qui venit
ad doctorem vt ab ipso instruat qui dz eum dul

citer recipere exēplo xpi qui nichodemū dulcit̃ recepit: ac manſuete valde ⁊ cū quiete ei loquebatur qd̄ est cōtra irascentes qui furiose et cum clamore frequenter loquunt contra quos est remedū vtile molliter ⁊ sine clamore respōdere ſm illud ſapiētis. Rāſio mollis frangit irā
Prouer. 15. fermo durus ſuſcitat furorem. Etenim ſm Chrysi. Si famuli cum aduerſus eos irascimur portār humiliter: ⁊ cum ſilentio contumeliam propter timorem noſtrum: qua venia digni erimus: aut quam excuſationē habebimus nos qui propter dei timorem aliquid ferre nō poſſumus magis autem nolumus. ¶ Oratio.

TU dne vniuerſor: qui nullam habēs indigentiā voluiſti templū tuum fieri i nobis eijce a corde ⁊ corpore meo omnia offendicula ⁊ tibi displicentia mundas me ab omnibus inquinamentis ⁊ macules mētis ⁊ corpis: ⁊ fac de me tibi tēplū gratum ⁊ idonem in quo habitare delecteris tu cui ius delitie ſunt eſſe cum filijs hoīs. O ſapiētia q̄ ex ore aliſſimi prodiſti: ⁊ magiſter qui a deo venisti doce me queſo a malo declinare ⁊ bonum facere: terrena deſpicere ⁊ celeſtia amare: vt verē hominem cum ſuis actibus eruens ⁊ nouum induens quaſi de nouo natus regnum tuum introire merear ⁊ videre. Amen.

¶ De incarceratione Johannis baptiſte. Cap. xxvij.

A Jo. 3. OSt hec ſcilicet completis diebus feſtis in hierlm q̄ eſt in vna parte iudee [venit Jeſus cum diſcipulis ſuis] ⁊ credentibus in aliā partē iudee ſcz Jordanem que a forte iude vel a regno duarum tribuūz Judea dicebatur. A tribu enim iude que erat principalis ⁊ regia terra
Judea vnde dicta. vbi habitauerūt filij iſrael nominata eſt iudea [⁊ illic demorabat] ⁊ per ſuos diſcipulos [baptizabat] multiq̄ fiebāt credētes ⁊ diſcipuli eius. Judea iterpretat pfeſſio ad quā venit ieſus: q̄ xp̄s pfitentes vel ſua pcta vel diuinā laudē viſitat: ⁊ illic mozaic q̄ tales nō trāſitorie viſitat [⁊ illic baptizat]. i. a pctis purgat. vñ Alchinus. p
Alchinus. iudeā quippe ſignant pfitētes quos viſitat xp̄s vbi eſſi ē pctōz pfeſſio vel diuinaz laudū illuc venit ieſus ⁊ diſcipuli eius: hoc eſt doctrina ⁊ illuminatio eius ⁊ ibi mozaic purgādo a delictis ⁊ vitijs p baptiſmū ſctiſpūs. ſm Aug. xp̄s primo
X baptizaſt christus. baptizauit diſcipulos aqua ⁊ ſpūſancto. Poſtea officiū baptizandi eodēz baptiſmate diſcipulis
August. reliquit intentus pdicationi ⁊ doctrine: ſicut et
i. Cor. 1. apl̄s paulus paucos per ſe baptizauit: vt poſſet predicationi fidelius intēdere. Poſtea ergo ſoli diſcipuli Jeſu baptizabāt eo interim circa altiora docendo occupato. In quo dedit exemplū p̄latis eccl̄ie cōmittēdi ea que p̄ inferiores p̄ūt cōmode fieri: vt ipſi liberius poſſint in altioribus exerceri. Et q̄uis ieſus tūc nō baptizaret manib̄ ſuis ⁊ miniſterio exhibēdo: ſz diſcipuli eius baptizabant tū p̄ūtia maieſtatis. Ipſius eſſi erat
Baptiſat baptiſmi facēm ⁊ ad diſcipulos p̄tinebat mini-
xp̄s ſemp. ſterium. hic eſt eſſi qui baptizat: ergo adhuc ieſus baptizat: ⁊ quouſq̄ baptizādi ſumus ieſus baptizat. vñ Aug. vtrunq̄ verū eſt: q̄ ieſus ⁊ ba-
August. ptizabat ⁊ non baptizabat. Baptizabat enim: q̄ ipſe mundabat: non baptizabat: q̄ ipſe non tingebat. Prebebant diſcipuli miniſterio corporis
Ennon. Salem. p̄ebat ille adiutorio maieſtatis: de quo dictus eſt. hic eſt qui baptizat [Johañes aūt baptizabat in ennon iuxta ſalim] oppidū prope iordanē ſtrū [q̄ aque multe ibi erant] quod eſt etiā interpretatio eius qd̄ dr in ennon. Ennos hebraice dr aqua latine. Et dicūr aliqui q̄ hoc oppidū alio noie vocē ſalēr ſit loc: vbi regnauit melchiſedech: ſz hoc eſt falſum: q̄ ſalē vbi regnauit melchiſedech idē eſt quod hierusalem. nā ipſa edificauit melchiſedech ⁊ prima dicta eſt ſalem i. pacifica ex conditione regis qui regnauit i pace. Poſtea dic. a eſt hierlm a tpe quo Abraham voluit ibi offerre filiū ſuū: q̄ locū illum appellauit dñs videt: ⁊ ita dieruſalem interpretat vi
B Baptiſmi Johannis. ſio pacis: q̄ cum prima interpretatione addita ē viſio. ¶ Mittebat aūt Johānes ad Jeſus baptizari qui veniebāt ad eū: ſed nō mittebant ad iohannem venientes ad ieſum: ſicut ante baptiſmum xp̄i iohānes baptizabat in nomine xp̄i vē turūſic poſt baptiſmum xp̄i illos quos baptizabat ad xp̄m mittebat: ſic ⁊ in ſuum teſtimonium de xp̄o confirmabat. Et exinde turbati ⁊ iuidia
Diſcipuli Johannis. motī diſcipuli iohānis: ⁊ indiſcrete zelantes p magiſtro ſuo volētes q̄ preferre baptiſmū eius xp̄i baptiſmo murmurabant q̄ magiſtri ſui gloriam zelabat: q̄ videbatur eis q̄ magiſtri ſui ⁊ baptiſmi eius autoritatem minuerer. [Et facta eſt queſtio] ⁊ controuerſia [de purificatione]. i. baptiſmo [a diſcipulis Johannis] deſcendentibus magiſtri ſui baptiſmum: ⁊ pūrantibus eus maiorem xp̄o quē viderant a iohanne quaſi maiore baptizatum [cum iudeis]. i. xp̄i diſcipulis ⁊ alijs ad xp̄i baptiſmuz venientibus ⁊ magis ad ipm̄ propter miracula currentibus ⁊ dicentib̄ maiorem eſſe xp̄m ⁊ ad ius debert cōcurri baptiſmum tanq̄ ad baptiſmum meliorem: q̄ iohānes mittebat quos baptizabat ad ieſum nō ieſus mittebat quos baptizabat ad iohannes. Et hec queſtio ad iohannez per ſuos diſcipulos eſt delata ⁊ querimonia de xp̄o facta q̄ baptizaret ⁊ plures ad eum q̄ ad iohaem currerent. vnde zelo indiſcreto moti [dixerunt ei. Rabbi] cū ſis excellenter magiſter omnium ⁊ magiſtri debeas habere gloriam [qui erat tecum] ſicut cū pn
cipalior [trans iordanem] vbi eum quaſi diſcipulum baptizaſti: ⁊ ſic beneficium ei preſtiſti. [cui etiā teſtimonium perhibuiſti]. i. quem tu clarum oſtendiſti ⁊ ſic maguum honorem impēdiſti [ecce hic] a te ſperans nunc [baptizat] ⁊ eadem tibi audēs tuum officiū vſurpat. vñ valde miramur [⁊ oēs ad eū] ⁊ ad ipſius baptiſmum [veniunt] ⁊ te qui eum baptizaſti dimittūt quaſi dicerēt. Nos deſerimur hic raritas eſt: ad illū turbe concurrūt de te non curatur: ⁊ ſic gloria tibi furripitur. Nonne prohiberi debēt vt ad te potius veniant. vbi Chriſoſtomus. Ipſe quidem non baptizabat: ſed nuncij volentes erigere eos qui audiebant in inuidiam ita annunciauerūt q̄ oīm maloz causa eſt vana gloria. Nec enim eos zelotipia duxit: neq̄ ad malitiam ſolam impellit captos: ſed ⁊ virtutibus obſtat: labores q̄ dem ſuſtinere cogens: fructibus vero priuans.
Chriſoſt. hec Chriſoſtomus. Johānes autem emulationē ⁊ inuidiam diſcipulorū ſedare volens xp̄m commendabat ⁊ excelſa de eo pdicabat: ſeq̄ nō xp̄m
Gloria vana. ſed eius nuncium nec ſpōſum eccleſie ſed ſpōſi amicum eē dicebat: ⁊ q̄ illum oporteret creſcere et exaltari nou in ſe: ſed quantum ad alios fama ⁊ auctoritate inquātū ei⁹ virt⁹ p miracula ⁊ opera magis ⁊ magis inciperet eis inoteſcere ipm̄ autem minui ⁊ p̄ſiliari in re vera ⁊ quo ad pplm in fama ſicut lucifer minuit in claritate quo ad apparētiā oriēte ſole: ⁊ auctoritas preconis aduenīte iudice: ⁊ officiū legati aduenīte principe. In eſtimatiōe q̄ppe ppli ⁊ xp̄s creuit ⁊ q̄ agnit⁹ eſt qd̄ erat: ⁊ inuentus eſt eſſe xp̄s qui putabat tū ppheta: et iohānes decreuit: q̄ ceſſauit dici qd̄ nō erat: ⁊ inuētus eſt eius ppheta qui putabat xp̄s. Cui atteſtat q̄ Johannes natus eſt decreſcentibus diebus: xp̄s creſcētib⁹: ⁊ q̄ iohānes capite minuit: xp̄s in cruce extēdit.
Mozaic. Mozaic autē hoc dr eſſe in vnoquoq̄ noſtruz ⁊ q̄ opz illū ſcs xp̄m in te creſcere ⁊ vt ſcz ei⁹ p̄ficias cognitione ⁊ amore: q̄ inquantū magis eū potes cognoſcēdo et amādo p̄cipere. tāto magis xp̄s creſcit in te: ſicut q̄ magis p̄ficit in videōdo vnā ⁊ eandē lucem reputat lucē illā magis creſceret: hoc opz hoīes ſic proficientes minui in ſui reputatōe: q̄ ſto plus hō cognoſcit de altitudine diuina: tāto minorē reputat parnitatem
E Diſcipulis iohannis ſi miles. ⁊ humanitatem. Diſcipulis iohānis p magiſtro ſuo indiſcrete zelātibus ⁊ de xp̄o querimoniam faciētibus ſil'es. Sūt multi etiā religioſi q̄ magis adherēt quibuſdaz opinionibus. p eo q̄ ſūt opiniones illoz quos magis diligunt q̄ p ipa
Plato. dictum. veritate. ⁊ Plato dixit de ſocrate magiſtro ſuo: amicus quidem ſocrates ſz magis amica veritas
Detractores non audiendi. p hoc aūt q̄ eoſdā diſcipulos ſuos reprehendit non formantur doctores boni vt tales adulationes non recipiant ſed magis repellāt. Conſiderent etiā hi qui detractores libēter audiūt: ⁊ contra eos q̄bus detrahit ſubito ſeuiunt: quō iohānes diſcipulos xp̄o detrahētes ſtatim cōpeſcuit: xp̄s laudibus ex tollendo ⁊ ſe humiliando: ⁊ exēplo
Prouer. 25. Ex marci. 6. Matt. 14. eius detractores compeſcāt de ſe humiliter ſentiendo: et detractos laudando ipſoſq̄ detractores fortiter reprehendant ⁊ eis malum vultum oſtendant: q̄ vt dicit ſapiens. Vētus aquilo diſſipat pluuias ⁊ facies triſtis linguam detrahētem. [In illo tpe] dum hec agerentur et cum iohannes vno anno ⁊ tribus menſibus predicaſſet ⁊ arguens herodem plurimos conuertiſſet [miſit herodes retrarcha] miniſtros [ac tenuit] ⁊ cepit iohānem per eos: ⁊ vinxit ſeu [ligauit eu] qui libere precuncauerat dei verbum: ⁊ ad ſe in galilea aductum [poſuit] ſeu poni fecit [in carcere propter heradiadez] quam fratri ſuo abſtulerat ⁊ ſibi copulauerat illicite quam ſm legem quam acceperat nō liceret ſibi habere vxorem fratris ſui eo viuente: ſic diabolus ſpiritualiter tenet per delectationem: alligat per conſenſum incarcerat per conſuetudinem: propter animā a vero ſponſo chriſto ſeparatam et alij copulatam: p ſelitus quippe fuit herodes: ⁊ circū ciſionem receperat vt magis acceptus iudeis eſſet ⁊ regnare ſuper eos poſſet: ideoq̄ ad legem moyſi tenebat in hoc ſicut ceteri: ⁊ ꝓpter legis quo q̄ naturalis honeſtatem non licebat fratri reuelare turpitudinem fratris ſui: ducendo etiaz eo mortuo eius vxorem niſi ad ſuſcitandum ei ſemē. Unde [iohannes] tanq̄ teſtis ⁊ defenſor
Herodes. p ſelitus. D Veritas ꝑ dicāda eſt. veritatis [dicebat] herodi [non licet tibi habere vxorem fratris tui] in quo virtus ⁊ conſtantia iohannis oſtenditur qui maluit apud herodez periclitari q̄ propter adulationem immemor eſſe preceptorum dei. q̄ enim venerat in ſpiritu ⁊ virtute arguit herodem ⁊ herodiadem: ſicut he
Incarcerādi iohan. occaſiōes. lyas achab ⁊ iezabel. Non omiſit dicere veritatem propter herodis prātem: vel herodiadis inſidiationem dans in hoc exemplum predicatoribus euangelij: vt propter talia non omittāt conſtantiā predicandi veritatē. prima ergo herodes iohānem incarcerauit ex eo q̄ ipſum reprehendebat de herodiade quā ffi abſtulerat: ⁊ iō ad ſuggeſtionem herodidis ipſum in vinculis
E Herodis ſimulatio. poſuit. Scdo ex eo q̄ iuſtitiam ⁊ baptiſmū pre-
Chriſo. dicabat: ⁊ ideo multus ppls ad iohanne ob baptiſmū ⁊ pdicationē vndiq̄ profluebat: ⁊ timēs herodes ne ſui ppli iohānē ſequentis diſpēdiū: haberet: ⁊ ob verba iohānis populo cum eſſet alie uigena exoſus fieret eumq̄ a regno ob inceſtuz pelleret. iohānē hinc tenuit ⁊ vinctū poſuit i carcere nō auſus eū ſtatim interficere. Terrio ex eo q̄ iohannes quendā magnū regē poſt ſe venturū pdicabat: ⁊ cū romani ordinaſſent ne aliquis ſine ſenatus auctoritate rex noiaret offenſam ceſaris timuit: ⁊ ideo ipm incarcerauit: ⁊ in ſup pp hoc eſt capt⁹ ⁊ incarceratus: q̄ phariſei ꝓpter inuidiā de predicatione iohānis turbati ſuaſerant herodi vt caperet eū incitantes herodē ad eius mortē. [Herodias autē] adultera [inſidiabat ei] timebat eūm ne herodes ad predicationē iohānis de pctō ſuo penitēret: ⁊ cā marito ſuo redderet qui eā forte occideret: ⁊ ideo volēs iohannem occipere mortē eius querebat: ſz quomā facto id aggredi poſſet inuenire nō poterat. [Herodes eūm metuebat iohānē] eum reuerendo timore mundano vel humano [ſciens eū virum iuſtū] quo ad hoīes [⁊ ſanctuz] quo ad deū [⁊ cuſtodiebat eum] ne ab herodiade occideretur ⁊ ex hoc ipſe herodes dānū ⁊ periculum pateret. ſolo eūm metu ab interfectione Johannis tenebat: q̄ ꝓpter ſanctitatem eius que erat notā toti pplo timebat ſi eum interficeret ne tot⁹ ppls cōtra eū inſurgeret: q̄ oēs Johānem prophetā ſanctum reputabāt. [Et audito eo multa] ſcz quedā parua non principalia [faciebat] ſimu latorie non ex veritate [⁊ libenter eū audiebat] ſcz ſimulatorie. i. audire ſimulabat: totum eūm iſtud erat ſimulatorium: vt ex tali auditu ⁊ obtemperatione ſi in aliquibus retineret populū a rebellione contra ipm. herodes populum ⁊ ſeditionē eius timebat: ſed amor mulieris ſuperabat pro quo etiam deum poſtponebat: quia
Chriſo. deum in cauſa non habebat. Nam ſz Chriſo. Facile deuiat a iuſtitia qui in cauſis nō deū ſed hominē formidat: timor eūm ſed hominū peccandi differt facultatē: ⁊ operationem non auferit: ſed retinet voluntatem donec habeat opportunitatem vel occaſionē. Unde ⁊ quos ſuſpendit a crimine auidiores reddit ad crimen ⁊ eſtuat aio quouſq̄ p̄ficiat ad malum cogitata. Solius eūm dei eſt timor qui nocentes corrigit. Fugat crimina: innocētia tribuit: perpetua confert facultatem. hec Chriſo. Iſte qui iohānem tenuit ⁊ ligauit in carcere eo q̄ de malis ſuis eū arguebat charitatiue: ⁊ qui ſimilia faciunt ſimiles ſunt freneticis qui piū medicuz percutere vel occidere querunt. Conſidera nūc quō Johannes magis volebat deo q̄ hominib⁹ placere magiſq̄ timebat deum q̄ homines offēdere eiuſq̄ exemplo ſemper ad deum magis q̄ ad homines aſpiciendo in omnibus dei bene-
Chriſo. placituz faciaz: ⁊ ab eius offenſa omnimode abſtineas. vnde Chriſoſto. Cum a perniciosis quid patimur hominibus ad principem noſtrum cō ⁊ tolerātia

sideremus ⁊ consummatorem fidei: q̃ ſi a malis hominibus: ⁊ q̃ſi propter veritatem: ⁊ quoniam propter eum. Si enim hoc excogitaueri mus omnia facilia erunt et portabilia. Si enim pro amabilibus quis patiens gloriatur: ⁊ propter deum ſi patiatur quicquam ſuſcipiet ſenſum. Si enim ipſe rem reprobabiliſſimam: videlicet crucem gloriaꝫ vocabat. multomagis nos ita diſponi oportet. Oportet ergo cum debem⁹ quid pati indelectabile nõ labores ſed coronas excogitare: et ſi malum quid delectabile appareat excogitare: q̃ſi deus non vult et indelectabile confeſtim apparebit: ſi enim hominum timor auertit ab inconuenientibus rebus: multomagis chriſti dilectio. Hec Chriſoſto.

¶ Oratio.

Omine Jeſu xp̃e magiſter bone doce me veritatem vite iuſtitie ⁊ doctrine cordis: oris: et operis propter metuꝫ vel fauorem humanum ſeu mundanum non omittere ⁊ ne temeritudo carnalis timoris vel amoris valeat in me perfectionẽ ſpiritualis dilectionis impedire. ⁊ q̃ſi propter peccatum primorum parentum vis irafeibilis noſtra contraxit debilitatem rationabilis caliginem: ⁊ concupiſcibilis pronitatem: da mihi paraclitum defenſorem contra perſecutionis illuminatorẽ contra erroris inflammatorem ⁊ contra cõcupiſcẽtiã: vt in oibus valeã beneplacitũ tuũ facere: ⁊ ab offenſa tua abſtinere. Amen.

¶ De initio publice predicationis domini Jeſu. Capitu. xxviij.

A Mar. 4. Chriſo.

Cum autẽ Jeſus audiſſet q̃ iohãnes traditus eſſet. ſcꝫ Chriſo. ſine dubio a deo: quia in vnum ſanctum nemo põt aliq̃d niſi tradiderit eum de⁹ ⁊ cognouiſſet per intimationem ſibi factam: quia audierunt phariſei q̃ plures faceret diſcipulos ⁊ baptizaret q̃ iohannes: ⁊ inde contra eum inuidiam ceperunt maiorem q̃ q̃ Jeſus non baptizaret tunc per ſemetipſum exteriori tinctione corporiſed diſcipuli ei⁹ quos tũ ipſe baptizauerat prius reliquit iudeam in qua erant phariſei increduli inuidẽtes augmẽto baptiſmi ⁊ doctrine xp̃i qui ad capiendũ iohannẽ cõſilium dederant ⁊ xp̃m ẽt perſequi cogitabant. ꝓpter baptiſmum ipſius q̃ creſcebat: ⁊ ꝓpter doctrinã eius q̃ quã euacuarat leges intelligebant: ⁊ ſic docẽdi gentiles habebat occaſionẽ ⁊ [ſeceſſit] ſeu abiit iterum [in galileam.] Leſſit autẽ Jeſus primo vt exemplum patientie ⁊ manſuetudinis malis cedẽdis daret. Scõo vt abſentatione inuidiã eoꝝ mitigaret donec melioris animi fierent. Tertio vt nobis fugiendi p ſecutores ⁊ periculum fornam prebere. Quarto vt alios euangelium p̃dicaret. Quinto q̃ xp̃s paſſionis ſeu nondum venerat. Sexto vt verbi dei tranſitum a iudeis ad gẽtes p̃figuraret ⁊ ex hoc diſcipulos quid q̃ facturi eſſent inſtrueret. Iſte eſſi trãſit⁹ eius trãſitũ eiuſdẽ ad gẽtes ſignificabat ad quas eſſi trãſire impellebãt. Et regreſſus eius in galileã in virtute faciendi ſigna ⁊ miracula: q̃ q̃uis eẽt plenus ſpũ ſcto tũ ertunc plus manifeſtauit virtutẽ ſuã in publicatione doctrine ⁊ operatione miraculoꝝ: ⁊ fama exiit de eo p vniuerſam regionẽ: ⁊ receperunt eu galilei honorifice ꝓpter illa q̃ eu in hierl'm i die feſto feciſſe viderãt ⁊ cognouerãt. ꝓpter que et nicodem⁹ crediderat [⁊ relicta ciuitate nazareth] vbi fuerat ꝓceptus ⁊ nutrit⁹ [venit] ad p̃dicandum in galilea: [⁊ habitauit in ciuitate capharnaũ maritimã] que iuxta mare eſt ſita ꝓpe nazareth [in finibus zabulõ ⁊ neptalim] ⁊ [exinde]. ſ. de finibus illis [cepit ieſus] agere] p̃dicare ⁊ dicere] q̃ſi impleti eſt tp̃s. ſ. huãne redemptionis ⁊ venit plenitudo tp̃is. Ergo dñ tp̃s habet [pniam agite] ⁊ credite euangelio: q̃ ſine pnia ⁊ fide impoſſibile ẽ placere deo. [Appropinquauit eſſi regnũ celoꝝ:] q̃ ianua celi apta eſt per xp̃m. vnde Beda. Regni enim celoꝝ ianuis appropinquare eſt de his quẽq̃ quibus ab eo diſceſſerat penitere. vnde ⁊ hiero. Pniam agite q̃ vultis eterno bono ſcilicet regno dei adherere. Qui eſſi deſiderat nucleus frangit nucem: amaritudinẽ radicis dulcedo pomi cõpenſat. Pericula maris ſpes lucri delectat dolorem medicine ſpes ſalutis mitigat. Addiſtice p hoc q̃ ieſus añq̃ publice p̃dicaret venit ĩ galileã iſtinuat q̃ p̃dicatoꝝ euãgelij pri⁹ oꝝ trãſmigrare de carnalib⁹ ad ſpãlia: de terrenis ad meditãdum celeſtia q̃ galilea trãſmigratio interpretatur. Et p hoc q̃ habitauit capharnaũ q̃ maior ⁊ ppl'oſior erat vt p̃dicãdo ⁊ miracula faciendo plures illuminarer relict⁹ ſm Remigiũ predicatorib⁹ exẽplũ: vt eo tpe et in locis illis ſtudeant predicare q̃ſi et vbi multis poſſunt p̃deſſe. Capharnaũ etiaꝫ oꝝ eſſe inter fines iudee et gẽtiũ. exinde ergo ieſus p̃dicare cepit vnde vocare iudeos ⁊ gẽtes p̃ſignare: qui vtroq̃ ſaluare venerat. In galilea eſſi gẽtes ſimul ⁊ iudei habitabãt: ⁊ ideo ibi debuit fundari lapis angularis q̃ fecit vtraq̃ vnũ: iouos in ſe ꝓcludẽs parietes gẽtiũ ⁊ iudeorũ. Vñ ⁊ poſt dixerũt ſacerdotes ad pilatũ. Cõmouit vniuerſam iudeã incipiẽs a galilea vſq̃ huc. Sunt autem due galilee: vna iudeoꝝ alterã gentiũ. Diuiſa eſt eſſi galilea a tpe ſalomonis q̃ viginti ciuitates in galilea dedit hyrã regi tyri qui gẽtes ibi poſuit que pars poſtea dicta eſt gentiũ ⁊ reliqua iudeoꝝ. Et merito in cõſimo illo cepit dñs p̃dicare vt multi iudei ⁊ gentiles ad p̃dicationem ꝓfuerent in quo oſtendebat q̃ ad redẽptionẽ gentiũ et iudeoꝝ venerat. Vel [eride] ſcꝫ poſtq̃ baptizat⁹ vbi mõſtrat ĩ eo plenitudo gratie p trinitatis teſtimoniũ: poſtq̃ rõtatus vbi mõſtrat in eo ſanctitudo vite: p victoriã tẽtationũ: poſtq̃ a iohãne teſtificat⁹ vbi mõſtratur certitudo idoneitatis ad predicandum: poſtq̃ Johãnes traditus vbi ſignificat q̃ deficiente lege incepit euangeliũ: ſicut ſol ſequitur aurorã [cepit ieſus predicare ⁊ dicere pniam agite] non tm̃ dicite cõtra loquẽtes qui dicunt ⁊ nõ faciunt: nõ tm̃ in aio proponite contra diferentes: non omittite cõtra negligentes: nõ deſtruite contra reciduãtes: ſed agite pniam quaſi medicinam ad ſanandum morbum: quaſi armaturam ad ineundum bellũ: quaſi clauẽ ad reſerandũ celum. ⁊ ideo ſubdit: appropinquabit eſſi regnuꝫ celorum ſicut elongatur per peccatum ita appropinquat per penitentiam ⁊ recto autem ordine a iohãne tradito incipit predicatio dñi: quia deſinẽte lege oritur grat⁹: euangeliq̃ bona annuntiario ſolet dici. Lex enim promittebat bona terrena ⁊ tranſitoria: ſed euangelium p̃ mittebat celeſtia ⁊ terrena. vñ Theophilus. Vetus namq̃ teſtimoniũ his qui ſeruabant

B Beda. B Hieron. de pnia agenda. Predicatoris officij.

Remig.

Eph. 2.

Lu. 22.

Pnie predicatio.

Leſſit xp̃s ob multa.

bãt illud dicerũ lõgitudinẽ pmittebat: euãgeliũ vitã eternã. vñ ⁊ Chriſo. Propter hoc neq̃ p̃dicauit ante iohãnẽ: donec ille incideret in carcerẽ: vt nõ hac p̃dicatione multitudo populi ſcindere: ⁊ circo neq̃ ſignũ vllũ fecit Johãnes: vt ex hoc q̃ multitudinẽ traderet xp̃o q̃ ad eũ ſignorũ admiratiõe cõfluere⁹. vñ et Aug. Premiſſus eſt iohãnes velut vox ante xp̃ũ: auroꝝ ante ſolẽ: ꝓcoãñ iudicẽ: ſeruus ante dñm: amicus ante ſpõſum: ⁊ q̃ vniuerſum mũdũ tenebre ⁊ nox infidelitatis oppũſerãt ⁊ ſolẽ iuſtitie aſpicere non valebãt: beat⁹ Johãnes quaſi lucerna p̃mittit vt oculi q̃ ſuppitudine iniqtatis oppreſſi magnũ ⁊ ver lumẽ videre nõ poterãt admiſſũ lumẽ lucerne p̃mũ q̃ſi tenuẽ ſplẽdorẽ videre ꝓſueſcerẽt vt paulatim peccatoꝝ nubilo recedẽre ⁊ infidelitatis digeſto ſuꝫore xp̃o adueniẽte ab illo celeſti lumine letificari poſſ⁹ q̃ retorqri poſſent. hec Augu. ¶ Et notãdũ q̃ ꝓfectio euãgelica verſat ꝓcipue circa tria vꝫ circa opa pietatis: circa cõſilia hũilitatis: ⁊ circa ꝓcepta charitatis. hec ẽt tria ꝓcipue dñs docuit ĩ euãgelio. Incepit autẽ dñs ſicut iohãnes eadẽ p̃dicãs q̃ ille añ dixerat vt p̃dicatio diſcipuli ⁊ magiſtri coſona eſſet et dñs p̃dicationẽ ac doctrinã iohãnis approbaret ⁊ p firmare: ⁊ ac ſuperbiã eoꝝ q̃ dicta alioꝝ dedignãtur accipe ꝓfuraret. ac vt eiuſdẽ dei filiũ cuius ille ppãſ ſit eſſe oñderet. vñ q̃ q̃ in iohãne organo ⁊ in oibus ppãetis clamauerat p̃dicãs regnũ dei a penitẽtia inchoare volebat: quia niſi remiſſo peccato per baptiſmum et penitẽtiã cõdignã nõ poterit q̃s intrare in regnũ celoꝝ. vñ nõ ſtatim iuſtitiã p̃dicauit: ſed penitẽtiã. Quis ergo auſus eſt dicere volo bonus eſſe ⁊ non poſſum. Penitentia eſſi correctio eſt voluntatis ⁊ ſi vos mala cõterrent. vt. ſ. penitentiam agatis vel bona delectẽt appropinquabit enim regnũ celorum. i. beatitudo regni celeſtis: ⁊ ſi dicat. Parate vos ad pniam: q̃ appropinquabit tempus mercedis eterne. hec Chri. Predicauit autem dñs pniam appropinquante regno celorum et fine mundi vt formidaret forte iuuenilis etas mundi. Hic ꝓ appropinquante regno celoꝝ: o fidit regnũ mũdi agere ĩ extremis ideo merito oꝝ puerti. Sic ⁊ q̃ dñs a baptiſmo ſuo vſq̃ ad iohannis incarcerationem predicauit ⁊ docuit occulte ⁊ in locis priuatis: ſ. poſt ei⁹ incarcerationem publice et in ſynagogis. Sicut eſſi iohãnes erat p̃curſor xp̃i ita p̃dicatio iohãnis erat ſuia xp̃i p̃dicatiõis: ⁊ iõ xp̃s nõ p̃dicauit cõiter ⁊ publice añ iohãnis incarcerationẽ: ⁊ ſ. finita eius p̃dicatiõe. Ex hoc nobis tribuẽs exẽplũ hũilitatis ſuſpẽde dñ ſeruo ſuo iohanni lõgeſe inferiori in predicatiõis ⁊ doctrine officio humiliter dignatus eſt deferre. O quot ſunt ꝓhdolor hodie religioſi q̃ nõ dico inferiori ſed nec pari: immo nec ſupiori deferũtin quo ſe dei filio ꝓferre ⁊ eũ perire ꝓtẽdũt. Ad predicationẽ quoq̃ ⁊ doctrinã requiritur etas ꝓfecta. ꝓfectio aũt etatis eſt annoꝝ triginta: et iõ conuenienꝫ fuit vt xp̃s nõ niſi poſt trigeſimũ annum publice predicaret ⁊ doceret. hoc tp̃s ẽ aptũ predicationi: vt hic pr⁹ aptũ p̃latiõi: vt patet de ioſeph: qui hac etate fact⁹ eſt ꝓpoſitus egypti: aptum regimini: vt pt⁹ de dauid qui triginta annorum erat cum regnare cepit. hac etiã etate ꝓficiendi eſſent epiſcopi: ſed heu hodie preficiuntur pueri ac inſufficientes pro hoc ſtatu ⁊ minus idonei. Fuerunt autem a baptiſmo chriſti vſq̃ ad mõtem eius tres anni et tanto plus quantum ab epyphania vſq̃ ad paſcha: et ſic modico tẽpore predicauit. Eadem enim die qua baptizatus eſt reuoluto anno cõuertit aquã in vinũ: et in paſcha ſequenti: ſcꝫ trigeſimi primi anni incarcerãtus eſt iohãnes: ⁊ in alio paſcha ſequẽti: ſcꝫ trigeſimi ſecundi anni oꝝ collatus: et in tertio paſcha: ſcilicet trigeſimi tertij anni paſſus eſt dominus: ⁊ ita vixit tringintaduobus annis integris. de trigeſimo tertio quantum fluxit tp̃is a natali vſq̃ ad paſcha q̃ pro anno dimidio cõputari ſolet. Fuit autem anno trigeſimo paſcha iudeorum. v. kal. Aprilis ⁊ feria. v. ſed anno trigeſimo primo fuit decimo ſexto kal. maij. et feria. iiij. anno ꝓ o trigeſimo ſcõo fuit nonis aprilis in die dñica: ſed anno trigeſimo tertio fuit octauo kal. aprilis ⁊ ſexta feria. ⁊ poteſt triplex cã aſſignari quare xp̃s modico tpe voluit p̃dicare. Prima ad demõſtrãdum ſuã virtutẽ q̃ ſcꝫ in tã modico tpe totũ mũdum immutaret. Scõa ad excitãdum deſideria diſcipuloꝝ: vt magis eũ deſiderarent quem tã modico tpe corpali preſentia habituri erãt. Tertia ad augmentãdum diſcipulorum ſpiritualẽ profectũ cuꝫ eſſi xp̃i hũanitas ſit nobis via rendẽdi in deũ: nam ipſe dixit ego ſum via: nõ debem⁹ in ea vt in termino quieſcere ſed p eã in deum tẽdere. Ne ergo corda diſcipuloꝝ ad xp̃m carnaliter affectã in eo vt in homine quieſcerẽt corporalẽ preſentiam cito ſubtraxit. Vñ apls. Et ſi xp̃m ſm carnẽ nouimus: ſ. ſcꝫ q̃ſi corporaliter nobiſcum erat: ſed nunc iam non nouimus. vñ ⁊ ante paſſionẽ inter cetera dixit eis. Si ego nõ abiero paraclitus non veniet ad vos: quia vt capaces ſpiritus fierẽt: expediebat q̃ caro et forma ſerui ab eis auferretur ne adhuc carnaliter eũ diligerẽt. Ipſe eſſi dñs qui mũdum vicit voluit vt diſcipuli animũ totũ ad celum trãſferrẽt: q̃ ſicut ⁊ ipſi faciliter vincere mundum poſſent nos quoque ſili⁹ ſi ⁊ d patriam noſtrã cor trãſponimus: ⁊ ad principem fidei noſtre inſpicientes viã eius ſequi volumus facili⁹ aduerſa ⁊ proſpera mundi contemnere: et ipſũ mundum vincere poterimus. Oratio.

mie est peccatores ad penitentiam vocare. Tūc
accedentes pharisei ⁊ discipuli Johannis que
rebant a domino iesu quare ipsi frequenter ⁊ sz
non sui discipuli ieiunarent, pharisei enim fre
quenter ieiunabant cum quibus Johannes di
scipuli adhuc in consuetudinibus iudaicis per
manebant. Sicut aūt prius pharisei ad discipu
los accesserant: vt apud eos magistrū de cōsor
tio pctorū i cōuiuādo arguerēt: sic modo ad ma
gistrum acceduntvt apud eum discipulos de ie
iunorum omissione arguāt: vt sic inter eos ma
teria discidij possit oriri. Isti in duobus deficie
bant. Primo quia de sua abstinentia se iacta
bant cum talia in secreto fieri debeant. Secun
do q̄ xpm arguebāt ex defectu abstinentie i dis
cipulis defectū ⁊ erroē discipulorū retorquētes
i magistrū. Per istos qui de frequēti ieiunio se
iactabāt ⁊ ppter illos se discipulis xpi pferebāt
significant hypocrite ppter apparentiā sue re
ligiositatis alios prēnentes dicētes illō cū pha
riseo. Nō suz sicut ceteri hoīm: ieiuno bis i sab
bato ⁊c. Jel? aūt q̄ furauit eos ⁊ rōnabiliter ex
cusanit discipulos: tum q̄ corporaliter cum eis
erat: tū q̄ rudes ⁊ nondum pfecte inuouati es
sent nec difficilia ⁊ noua suimerēt ponēdo ad
idem tres similitudines. i. de nuptijs ⁊ spōso de
pāno ⁊ vestimēto. de vtribus ⁊ vino vñ ait. Nū
quid pōt filij nuptiarū ⁊ spōsi. i. xpi spōsi eccle
sie hoc est discipuli de me ⁊ ecclesia per fidē ge
niti ieiunare seu lugere q̄diu cum illis est spō
sus? Scōm Hiero. quoddā est ieiunij expectā
tionis vt persona melius expectet: ⁊ sicut vete
ri testamēto ieiunabat: ⁊ isto discipuli non indi
gebant: q̄ iam presentē xpm habebāt. Aliud est
ieiunium vexatiōis q̄ ordinat ad carnis refre
nationē ⁊ ordinat ad pēplationē quo quis ie
iunat retrahendo se a delectationibus carnali
bus vt repleat spūalibus: ⁊ esto etiā nō indige
bant. cum ad tales nō afficerent delectationes
⁊ xpm presentes haberēt cuius p̄sentia ⁊ doctri
na plus refrenauit ocupiscentias illicitas i eis
q̄ ieiunij austeritas in alijs. Et ideo ieiunare et
lugere non habebant quamdiu sponsum p corpo
ralem presentiā cum sponsa esse videbant: sz
potius de spōsi gratulari presentia que plus p
ficit q̄ corporalis abstinēria. Est ⁊ aliud ieiunium q̄ ex plenitudine ⁊ perfectiōe cōtemplatio
nis pcedit quale ieiunia moysi in mōte fuit. q̄
to ēm oia est in cōtēplatione magis eleuata tā
to est paucioni nutrimento cōtenta: ⁊ tale ieiu
nium nō comperabat discipulis: q̄ adhuc erant
rudes ⁊ imperfecti. Sed prius debuerunt per
charitatem spūsancti inuouari q̄ factus est in
die penthecostes quando fuerunt per gratiam
spūsancti inuouati: ⁊ tunc debebant iciere no
uum modū viuendi. Deinde subiungit [Uenēt
aūt dies [. i. passionis ⁊ ascensionis [cum aufere
tur ab eis sponsus] corpali penitētia [⁊ tunc ie
iunabunt] ieiunio merozis in humilitate tribu
lationis ⁊ illi dies luctus erunt ⁊ colozis. vnde
apl's. In fame ⁊ siti ⁊ ieiunijs multis. vnde ⁊ Au
gust. Quasi diceret. Tunc desolabuntur ⁊ in me
roze ⁊ luctu erunt donec eis per spiritum sctm
gaudia ⁊ consolatoria retribuantur. Scōm Be
dam notandum hunc luctum absentie spōsi nō
nūc tm. i. post mortē resurrectionēq̄ eiusdē spō
si sz ante incarnationem illius p totū huius se
culi tempus esse celebrati. Prima quippe tem
pora ecclesie ante virginis partum sanctos ha
buere qui desiderarent incarnationis xpi aduē
tum. Ista vero tempora ex quo ascendit in celū
sanctos habent qui desiderant eius manifesta
tionem ad viuos et mortuos iudicandos. Ne
que hic desiderabilis ecclesie luctus requienit
aliquantulum nisi quamdiu hic cum discipulis
in carne versatus est. hec Beda. Et licet hoc de
presentia sua corporali christus dixerit. mozali
ter tamen dies quibus aufertur nobis xps sunt
dies culpe: quando a domo conscientie excludi
mus verum sponsum aīe xpm: ⁊ introducimus
adulteranten diabolum: et tunc ieiunamus ⁊
caremus cibo spiritualis consolationis: ⁊ habe
mus dies luctus ⁊ dolozis. Igitur tenendus est

Ambro.

Publicani

Hiero.

Gregō.

Hiero.

Ieui.

Gentium fides

Beda.

Vocatio matthei.

Rabanus

Non venit vocare iustos.

Pctōm cāre vult. Gregō. Nicen.

Ieiunium pharisēorū.

Augustin.

Luce. 18.

Hiero. Ieiunium multiplex.

Beda.

Mozaliter

Luce. 5.

2. Cor. 10.

August.

Beda.

Sponsum auferri.

sponsus ne perdat cibus. Sed cū aufertur a nobis sponsus per mortale peccū: tunc ieiunandum est a nobis p penitētie affectū ⁊ luctū. Quōq; et ipse sponsus se subtrahit vt auidius reuocet ⁊ forti teneat: ⁊ tūc ptinus desideriis ⁊ suspiriis ē reuocandus: q; ādiu sponsus nobiscū est ⁊ in letitia sumus nec ieiunare nec lugere possum⁹. vñ

Ambro.

Ambro. Ieiunant hi quibus abest xps q̄ bonoꝝ meritoꝝ copijs egēt. Ait ꝓ cuius virtus sua voluntate sufficit: q; sus domo recipit xpm conuiuiū magnū exhibet: hoc est bonoꝝ opeꝝ spiritale puiuiū quo diues ppls eget pauꝑ epulat. Nemo tibi xpm pōt auferre nisi te illi ipe auferas. Nō te auferat iactātia tua: non te auferat arrogātia. hec Ambro. ¶ Spūal'r aia spōsa est cum

Sponsus ⁊ spōsa spūaliter.

qua xps esse desiderat. Iste spōsus hꝫ oēs cōditiones desiderabiles i spōso. Q; ditissimus alioquin spōsam suā nō dotaret. Vñ i puer. Mecuꝫ sunt diuitie. Q; sapientissimus alioquin totū disiparet. Vñ apl's. In quo sunt oēs thesauri sapientie. Q; pulcherrimus alioquin sponse displiceret. Vñ in ps. Speciosus forma p filijs hoiꝫ. Q; nobilissimus alioquī cōteneretur. Vñ sapiēte generositatē illi glorificat. Q; potētissim⁹

Ps. xliij.

alioquin oppimeret. vñ Eccli. vnus est altissimus creator. Q; optimus alioquī nō diligeret. vñ in canti. Dilectus me⁹ ⁊c. electus ex milibus De his omnibus apl's ad Hebre. locutus est nobis in filio. ecce nobilitatis excellentia que cōstituit heredē vniuersoꝝ. ecce diuinaꝝ affluentiaꝝ quem fecit ⁊ secula sic mira: ecce mirabilis sapiētia: qui cū sit splēdor glorie. ecce forme elegantia: portans oīs verbo virtutis: ecce infinita potentia: remissione pctōꝝ faciēs. ecce bonitas immensa. Talis sponsi sponsa. talis sponsi filij non hēt lugere ādiu sponsus est cum illis.

Eccle. i.

Canti. 5.

Hebre. i.

Appellationes christi.

¶ Et nota q̄ xps q̄ vocat se dōm: q̄ q̄q; patrez q̄q; spōsum. vñ Grego. Q̄ vult timeri dōm: q̄ honorari p̄ fem q̄ amari spōsum se noīat dōs. Attende ordinē. Ex timore enim solet pcedere honor: ex honore amor. vñ ⁊ Bern. Si ergo dōs vbi est timor meus? Si ego pr̄ vbi est honor meus? Si si se spōsum exhibeat: puto q; mutabit vocē ⁊ dicet. Si ergo spōsus vbi est amor meus? Exigit ergo de⁹ timeri: vt dōs honorari: vt pater ⁊ vt sponsus amari. Quid i his p̄stat quid eminet? semper amor. Ablāq; hoc ⁊ timor pena hꝫ et honor non hꝫ grās. Seruilis est timor ādiu ab amore nō manumittit. Et qui de amore non venit honor nō honor sed adulatio est. Et quidem soli deo honor ⁊ glia: ⁊ hoīum acceptabit neutrum deus si nelle amoris condita nō fuerint. Ipse per se sufficit. Ipse per se placet et propter se. Ipse meritū: ipse p̄emiū est sibi. Amor p̄eter se nō requirit cām: nō fructū. Fructus eius vsus eius. hec Bern. Et vt idē Bernardus dicit. Anima sponsa dei dicitur: quia donis gratiarū sublarata: quia casto amore illi sociata: q; prole virtutum fecundanda. ¶ Deinde ponit secundam similitudinem q; [nemo] sapiens ⁊ discrete operans assumit vel [immittit] ⁊ iferit vetari vestimento assumentum: vel [commissuram]. i. particulam seu supplementum [panni rudis] scz non dum vsitati: q; in nouitate est spissior ⁊ rudior. Nouum enim [tollit plenitudinē]. i. vniformitatē seu pulchritudinem [a vestimēto] ⁊ facit deformitatem ⁊ propter pondus suū rumpit vetus: ⁊ facit in eo scissuram seu rupturaz maiorem. Cōmissura quippe idem est q̄ iunctura seu particula que mittit cuz alia: dicta a cō. i. simul ⁊ mittere quasi simul mittere illa enim que piungunt simul mittunt. ¶ Deinde ponit tertiā similitudinem q; nemo sapiēs ⁊ discrete agēs [mittit vinū nouū in vtres veteres] q; tunc est ebullitio nez vtres], pter vini fortitudinē [rupperent] et vinū effunderet [⁊ nemo bibēs verus vinū ita tim vult nouum [propter cōsuetū veteris vsuz. Sic a illi hoībus veteri pfucrudine imbutis et de nouo conuersis nō expedit statim grauā abstinentiā imponere: q; difficile est assueta relinquere. Ex omnibus his sikrudinibus pcludere vult magister bonus q̄ discipuli sui adhuc quasi nouicij nō debeant austerū continuare ieiunium: ⁊ postea ieiunarēt cū essent magis solidati ⁊ innouati per spūz sanctuz. ¶ Ex his etiā vult pcludere q̄ nouiter conuersi nō sunt nimis per pniam onerādine pter nimiā austeritatē desperēt ⁊ totū dimittant: ⁊ que sunt perfectionis magne nō sunt hoibus imponēda donec spoliati fuerint veteri vita: q; hoīnibus de nouo cōuersis opa inconsueta sunt difficilia. ⁊ dura: ⁊ ⁊ paulatim assuefaciendo efficiūtur facilia ⁊ sua via. Qui ergo vult aliquē ad virtutes ⁊ pfectionem inducere parua quedā oz primuz suaderet emendare: ⁊ sic gradatim vltra procedere. vnde Ehzi. Hoc ait dixit regulā dans suis discipulis vt discipulos ex vniuerso orbe terrarum cū mā suetudine suscipiant. Itaq; neq; nos oia ab omnibus expectamus in proemijs: sed quecunque possibilia sunt ⁊ velociter ⁊ vltra incedem⁹. hec Ehzi. Huius loci memoz oz esse quilibet condēs decreta vel traditiones ⁊ etiam confessor imponens penitentiam penitētibus. Melius est enim exemplo oñi penitentiam leuem ⁊ tolerabilem alicui iniungere que impleatur q̄ grauem ⁊ intolerabilem que non impleta. oneratus reus cōstituatur. Melior est leuis penitentia hylarit pacta q̄ grauis in angaria ⁊ reiecta. Ita est de sententia dādatira de decreto promulgando: vt semp misericordia ⁊ lenitas superexaltet iudicium ⁊ austeritatem. ¶ Oratio.

Timor. Honor. Amor.

Amoris excellentia.

Anima sponsa.

Omnie iesu xpe qui multis modis me vocas ⁊ admonens: vt sequar te: tu diuina inspiratione coz meum accedet vt te vocantē sequar tua grā: nec aliquid me separet a charitate tua. Da mihi vt desertis cogitationibus: mediratiōibus: ⁊ affectionibus bonisq; operibus ⁊ virtutib⁹ tibi seruiā ⁊ puiuium ex magna delectatione ⁊ deuotione mentis exhibeā. Et qui miaz vis potius q̄ sacrificiū: ⁊ penisti vocare pctōres magis q̄ iustos: psta mihi misero peccatori: vt in me tuam misericordiam merear clementer expectari. Amen.

¶ De electione duodecim apostolorz. Capit. xxxij.

Deinde postquam domin⁹ plures discipulos vocauit [videns turbas] sequentes dimisit eas a se fr̄epitu recessit [Ascendit: q̄ i montē] thabor [solus orare] q; qui bñ orat mentē suā sursum leuat a terrenis cui ēt necessaria ē trāquillitas corpalis. Hic mōs est i cāpo galilee in cuius descensu ⁊ pede ostenditur locus vbi Melchisedech obuiauit Abrahe a cede regum reuertenti ⁊ et ad radicem eius fluit rorens Lyson. In hoc monte fuit abbatia nigrorum

Ambro.

Thabor.

rū mōachorū sub metropolitano nazareno: ⁊ q̄ ciuitate cōtra oriētē ipse mons distat quarto miliario. Vel secundū quosdam ascendit in quēdam montē alium supra mare galilee fīti. [Et erat pernoctans in oratione dei.] non seculi: nō p se tanq̄ infirmus ⁊ indigēs: sed p nobis tanq̄ pius ⁊ clemēs. Quedā enim oratio est dei vt p spiritualibus ⁊ veris bonis cōsequendis. Quedam est seculi: vt pro terrenis cōferendis q̄ est etiam diaboli si ex cupiditate fiat. Quedā est tm̄ diaboli pro carnalibus desideriis implēdis. Vbi Ambro. Et erat inquit pnoctās in oone. Spēs ibi datur: sonia prescribit̄ quam debes emulari.

Oratio multiplex.

Ambros.

Quid ei te pro salute tua facere opz q̄n p te xps in oone pernoctat? Quid te facere puenit cum vis aliq̄ officiū pietatis adorari q̄n xps mirus apostolos orauit prius. Et sol⁹ oarauit ⁊ nec vl q̄ alibi si nō fallor orasse cū apostolis reperit. Vbi q̄ solus obsecrat: dei enim cōsilium humana vota non capiunt nec q̄q̄ interior pōt esse pticeps cū xpo. Vñ ⁊ Ber. Tu inquit cū orauerisi tra in cubiculū tuū ⁊ clauso ostio oratō q̄ dicit fecit. Solus enim i oone pnoctabat nō modo ab scōdēs se a turbis: ⁊ nec vllū quidē discipulorz nec vllū domesticorz admittēs demq; tres secū intimos sibi adduxerat cū vltro sibi p peraret ad mortē: aut vllus est ab ipsis orare volēs. Ergo ⁊ tu fac fil'r q̄n orare volueris. Vñ. ⁊ chry. Etur ge igit ⁊ tu in tpe noctis puriozi est tūc tpis aia ipse tenebre silentiū nimiū pñt sufficienter ad cōpunctionē perducere. Tūc nō verat ianis gloriam nō accidia ⁊ cōcitatio occupat: nō sic ignis ferri seq̄strat rubiginē: velut nocturna oño erui ginem pctoꝝ. Que de die solis estus pcussit nocte refrigerat: quēlibet rorē superāt nocturne lachrymez: ⁊ cōtra cōcupiscentiā valēt ⁊ quenlibet tumorē. Si vero predicto roze nō foueatur hō arescit sub die. Quapropter ozes noctu ⁊ oñde q̄ nō folū ad corpus noz pertinet: ⁊ etiaz ad animam. hec chrysos. Qui ergo deū orādo querit exurgētē strepitū vitiorū premēs ad supiora progrediat ⁊ ad verticē sublimioris curie ascendat vt exteriori cessante tumulu in quodaz mentis secreto p interna desideria silenter cum dño loquat. Cupienti enim cū deo loqui: ⁊ cōsolationē diuinā pmereri expedit solitudinē q̄rere: ⁊ cōsolatiōem hūanā relinquere. Cinus exēplū habem⁹ in Joanne euangelista qui q̄tum in solitudine profecerit ⁊ lucratus sit: pene oīb⁹ notum est. In pathmos enim insula exilio relegatus ⁊ cōsortio hoīm destitutus cōsolationē angelorum pmeruit: ⁊ apocal. quā ei dñs p statu eccle sie p̄ñtis. s. et future reuelare dignatus est ppria manu scripsit. Vñ Beda. Historia nota est ioannē a domitiano cesare pter euangeliū in insulam relegatū cui tunc cōgrue secreta datū est celi penetrare cum certa terrarū spacia negabatur excedere. Et ille reperiunt de plurib⁹ alijs qui modico tpe plus lucrati sunt soli q̄ toto tēpore suo lucrati fuerint in comitatu. Vñ autem xps orat theoricam: q̄n docet practica: vitā informat ne q̄nis p cura p̄rium a cōtemplatiōis studio: ⁊ pescat: vel pro studio diuine cōtēplatiōis q̄uis supiozi sit p̄rimi curā negligat. Unde Ansel. Regnū deī predicando dicēb⁹ cū pplo cōmoraturz: ⁊ cōsuētes turbas miraculis ⁊ ybis edificat: noctib⁹ montē freguētās oratiōibus vacat: admonēs pro cōgruentia temporis nunc p ximis inter quos viuimus: verbis ⁊ exēplis pro modulo nro vite viā demonstrare nunc solitudinem mētis adeūtes ⁊ virtutum mōtē ascendendentes dulcedini superne cōtēplatiōis intuiare ⁊ intētionē nostrā infatigabili affectu ad superna dirigere. Hinc illud Ber. cōsonat quo de se et fibijpsi dicebat. Venite ascēdamus ad mōtē domini ⁊ ad domū dei Jacob ⁊ docebit nos vias suas: intēctiones: cogitationes: voluntates ⁊ affectiones ⁊ oia interioza mea. Venite ascendam⁹ i mōtē dñi ⁊ locū vbi oñs videt vl videf. Cure solicitudies: anxietates: pene expectare ß cū assio corpe isto donec ego cū puero. i. itelligētia vl q̄ illuc pperātes reuertamur ad vos: reuertemur ad vos ⁊ ueu reuertemur q̄cito. [Et cū fetus eēt dies vocauit dñs ad se discip. suos] forte adhuc dormientes [⁊ elegit ex ipsis. xij.] seu fecit statuē apl'oꝝ ⁊ apostolos. i. missos. s. ad predicandū regnū dei facta. [noīauit] prius quidē vocauit eos ad discipulatum: sed nō ad apostolatū. Cōsidera hic q̄ xps apostolos electur? orabat plixe q; caro pnoctās in oone ⁊ sic diutina ⁊ nocturna oone phabita elegit apl'os: p hoc oñdens q̄ pmotioni platorū in ecclia dei debēt oones deuote pmittir: ⁊ q̄ ipsi per deuotas oones ⁊ nō p inductiōes et pmissiones sunt eligēdi. Vñ glo. Dominus i mōtem ascēdens ad se vocat et elegit quos vult: q; nō illoꝝ electiōes ⁊ studijs hꝫ diuine erat dignationis ⁊ grē vt in apl'atum vocarent. Vñ ait. Nō vos me elegistis sed ego elegi vos: ergo humanū studiū vt precū hūarū pecunie quest⁹ gñis ⁊ et ymōi excludit dñs ab electiōe prelati vt in ea currat sola grā diuina pterquā tm̄ ⁊ p quā oz eligi. Vñ in ps. Ascēdunt montes ⁊ descendunt cāpi in locū. s. plationis: quē fundasti eis: non pecuniam: nō carnalis affect⁹: sed sola grā ⁊ electio canonica q̄ hodie ad pniciē ecclie multiplicter corrūpit: nō sine magna dei offensa. Per hoc aūt q̄ apl'os instituit in mōte: significauit q̄ epi apl'oꝝ successoꝝ in supiori gradu sunt ecclesie. Vñ dicunt epi ab epi q̄ est su pra et scopos intētio: q; supra gregē dñicū debēt intendere vt eū ad supna valeāt erigere. Sed multi ex eis inferiores in ope sunt: ⁊ nec sibi nec alijs p̄sunt et sic nomē sine re tenēt. Sicut aūt in vocatiōe fuit p̄mendatio grē sic in nūero cōgruētia figurē mā o nodenari? apl'oꝝ nūerus in multis est figuratus. Isti enim. xij. apl'i sub figura loquēdo sunt primo. xij. patriarche totū ppl'm xpianū spūal'r gñando. Secdo. xij. vnuētes fontes i heliz doctrinis suis ecclīam et nūdū irrigando. Tertio. xij. lapides p̄ciosi in veste pōtificali exēplis sctis ecclīā adornando. Quarto. xij. panes supra mēsam p̄positiōis alias ybo reficiēdo. Quinto ⁊ xij. principes tribuū precepta salutaria pmulgando et ecclīam saluberiter gubernando. Sexto. xij. exploratores terre pmissionis futurā vitā per cōtemplationē inquirendo ⁊ postea denoū annunciando. Septimo. xij. lapides de iordane sublati mundi fluxū cōtennēdo. Octauo. xij. lapides altaris xpi sacrificiū in se portando. Nono. xij. vituli oñs immolari pro xpo martyriū sustinendo. Decimo. xij. boues sub mari eneo baptismi gratiā p̄dicādo et ministrando. Undecimo. xij. leuiculi in throno salomonis tyrānos mundi vincendo: et obstinatos cōminatione penarum: scz. inferni terrendo. Duodecimo. xij. prophete de futuro tempore ecclesiam admonēdo. Et redecimo. xij. horze diei vite christiane tempora ordinando.

Beda.

Anselm.

Bernard.

Electio. xij.

Joan. 15.

Ps. 103.

Duodena. rius nūer? ⁊ duodecaria multa.

Deu. 35.

Exod. 15.

Eiusdē. 28

1. Reg. 21.

Deu. 25.

Josue. 2

Deuoz. 2.

Josue. 4.

Exod. 24.

2. Para. 4.

3. Reg. 10.

Joan. 11.

Quartodecimo. xij. porte ciuitatis potestate claui regnum celoꝝ aperiēdo. Quintodecimo. xij. fundamēta ciuitatis ecclīam meritis ⁊ precibus fustētando. Sextodecimo. xij. stelle in corona spōse ecclīam doctrinis ⁊ miraculis illustrādo. Sm Bedā etiam hunc numerū apl'ōr istituit certa cā mysterij vt. s. mūdi salutē q̄ verbo predicarēt suo quoq; numero cōmēdarent. Ter enī quatuor. xij. faciunt: ⁊ totidē apl'i ad predicandū missi sunt q̄ totidēm per eos fides sancte trinitatis in quatuor mundi partibus predicāda erat: vt quadratū orbē fide sancte trinitatis insigniret. Vñ ⁊ de ciuitate sancta hierl'm descēdēte de celo a deo scriptū ē: q̄ erāt ab oriēte porte tres ⁊ ab aquilone porte tres: ⁊ ab austro porte tres: ⁊ ab occasu porte tres. Vbi figurat' ostendebat q̄ predicantib' apl'is apl'oꝝ q̄ successorib' cunctis per orbē nationes in fide sancte trinitatis ecclesiā essent ingressuri. Sm Hiero. fecit vt essent duodecim: vt sint ipsi super thronos. xij. iudicantes duodecim trib' israel. Vel cum duodenari' constet ex duplici senario qui est numerus p̄fectionis significare voluit q̄ duplex p̄fectio. s. vite ⁊ sciēte siue opis ⁊ sermonis dñi esse in his q̄ habēt apl'icum offīm. Noia autē apl'oꝝ quos elegit sunt hec q̄ sequunt. Symeon qui post conuersionem cognominauerat petrum ⁊ andreas frater eius: iacobus zebedei. s. filius et ioannes frater eius: quos iuit his duob' noia bonarges. i. filij tonitrui q̄: sepe audierūt terrificā vocem ⁊ tonitruum patris p̄ nubē de filio tonātis: philippus ⁊ bartholomeus thomas ⁊ matheus publicanus iacobus alphei. s. filius qui ⁊ iacob' iustus propter sanctitatē vite ⁊ minor q̄ posterior in vocatione: et frater dñi. ppter filitudinē est vocatus: ⁊ symon chananeus frater eius a chana vico seu villa galilee qui et zelotes est dictus chana enī zelus ⁊ chananeus zelotes. i. emulator. et thadeus filiter frater eius qui et iudas iacobi. s. frater est vocatus: et iudas scariothes a scariothy vico iudee in quo ortus est: et hoiat' Hic inter apl'os eligit ad ostendēdum ꝓphetiā dauid esse ꝓpletā q̄ dñs Jesus tradēdus per discipulum p̄dicit et ad excusationē bonoꝝ q̄ in congregatione eoꝝ aliquis malus reperit. Vñ August. Nō audeo mihi arrogare q̄ dom' mea sit melior cetu apl'oꝝ. Itē sm eundē Aug. vt ipo malo vtēs bñ et sue passiōis impleret dispositū et ecclīe sue tolerādum maloꝝ p̄beret exēplum. Insuper sm Ambro. pinde eligit vt ostēdat q̄ magna est veritas quā nec aduersari' minister firmat: voluit deserī: voluit p̄dij: voluit ab apl'o suo tradi: vt tu a socio p̄ditus moderate feras tuum errasse iudicii: periisse beneficiū. Jtez sm Theophi. Ut discamus q̄ de' nō repellit aliquē propter futurā malitiā sed ppter p̄sentē virtutē dignū habet. ¶ Nominat autē apl'os ppriis nominibus vt pseudo et falsi apostoli qui futuri erant excluderentur ⁊ ab omnibus vitarent nec quisq̄ auderet alium inscribere cathalogo apostolorum. Breu vt tam nomina apostolorum quam credentium ostenderentur scripta esse in libro vite. Cōbinat vero eos ad duos et duos nominatim exprimit in signū mutue dilectionis ⁊ approbationis iugalis societatis. Jtem q̄ mutuo se iuuantes essent fortiores ⁊ insuper ⁊ contra dolum in fidei confessione ⁊ cōtra conflictū in tormentorum toleratione. Ut autē dicit Augu. Elegit hos discipulos quos et apostolos nominauit hum̄iliter natos: inhonoratos: illiteratos: vt quicquid magnū essent et facerent ipse in eis esset ⁊ faceret. Unde et Ambr. Similiter aduerte celeste consilium. Non sapientes aliq̄s non diuites: non nobiles: sed piscatores ⁊ publicanos: quos dirigeret elegit ne traduxisse prudentiam ne redimisse diuitijs: ne potentie nobilitatisq̄ auctoritate traxisse aliquos ad suam gratiam videret vt veritatis ratio nō disputatiōis gratia preualeret. Hec Ambro. ¶ Ad montana ergo dominus ascendit vt a turbis recederet ⁊ quiete oraret: et familiariter apostolos eligeret ⁊ instrueret vt et turbas ad altiora traheret: sed turbis ascendere non valentibus sequunt' discipuli eius. Voluit etiam docturus in montem ascendere vt altiora p̄cepta daturus de altis ea predicaret. Et qui minora legis precepta filijs israel in monte dederat: maiora discipulis euangelicis in monte dare voluit: vt se eundem deus ostenderet qui legem et euāgelicam vitam dedit. Post electionem itaq̄ apostoloꝝ voluit eos de operib' perfectionis instruere: q̄ ad gradus maiorem promoti oñt cognitionem maiores habere. Unde Beda. Mistice mōs ille in quo apostolos elegit dominus altitudinem designat in tē ascensitie qua instruendi erant ⁊ quam predicaturi erāt, hominibus. Nam quia missurus erat eos ad predicandum euangelium regni celestis: merito p sublimitatem loci in quo electi sunt admonere voluit eos nō in infimis desiderijs animi dissolueret: sed ad superna desideranda et querenda semper erigere debere. Sic etiam legem daturus priori populo suo in monte apparuit de mōte que agenda essent innotuit. Unde ⁊ gl. Ascendit quippe mons in montem vt altiora virtutuꝝ culmina doceret ⁊ ecclesiam super quam sedet predicans preceptum dominici sublimi' erigendam ostenderet: quam eadem doctrina vsq̄ ad finem seculi plenus eruditet. Quāuis ergo ibidem docere poterat vbi erat in montem tamen ad predicandū ascēdit in signū quod in mōtem ⁊ altitudinē virtutum debet ascēdere qui predicare vult ⁊ iustitiam docere. Vñ Chryf. In veritate cōsistere debet qui iustitiā docet ⁊ audit. nemo enī potest in valle stare ⁊ de mōte loqui. Ubi stas inde loqueris: aut vnde loqueris ibi sta. Si animus est in terra: quomō de celo loqueris. Si de celo loqueris in celo consiste. Et si iustitiam facere nō: vis: q̄ō magistrū iustitie audis? Ut quid magistrū vocas cuius non vis esse discipulus? Vñ Richar. Q̄ aut docturus discipulos in montem ascendit: ⁊ hic nobis insinuat q̄ q̄ facre doctrine verbū dispensat nō in valle prauī operis: non in cāpo effrenate dissolutionis consistere debeat: sed in mōtem spiritualis cōuersationis per exercitia virtutum ⁊ exhibitionem bonoꝝ operum ascendat sicut scriptū est. Su p mōtes excelsum ascēde tu q̄ euangelizas ip'ō.

Beda.

Apoca. 21.

Apl'oꝝ nomina.

Judei apostolatū electio.

Ps. 40.

Augustin.

Theophil' Noiatiōis apl'oꝝ cāe.

Augustin.

Ambr.

Beda.

Lur in mōte ascendit.

Chryſost.

Richard.

Esaie. 40.

¶ Oratio.



Omine Jesu Christe qui propte inestimabilem misericordiam tuā in mundum venisti vt peccatores ab erroribus ad penitentiam reuocares: et ex his quamplures dignatus es eligere in tuos secretarios et discipulos speciales ⁊ reuoca misericors deus me miserum peccatorem errantem ⁊ amplectere re-

deuntem: confoꝛta dolentem: instrue ignorātem ac tandem me (licet indignum) cum discipulis tuis admittēs totaliter a desiderio terrenorum leues: ⁊ mentem omnino ad celestia trāferas vt audiam ⁊ intelligas verba tua ⁊ opere compleam vniuersa. Amen.

¶ De sermone dñi in monte. Et primo de octo btitudinibus. Ca. xxxij.

A Sermo dñi in monte.

Ost hec Dominus Jesus fecit sermonem pulcherrimum ⁊ copiosum: quem vt ait Aug. si quis pie sobrieq̄ cōsiderauerit inuenier in eo q̄ cum ad mores optimos pertinet perfectus vite xpiane modum: ⁊ istum sermonem omnibus preceptis quibus christiana vita informat esse perfectum. Hunc sermonem Matthaeus et Luc. varie narrant: ⁊ ob hoc quidā dicunt dñm prius sermonem fecisse discipulis tm̄ in supercilio montis sedendo per modum doctoris ⁊ hūc narrat Matthaeus: ⁊ post in latere montis cum muniter turbis ⁊ discipulis alium similem stādo per modum predicatoris: ⁊ hunc narrat Lu. Alij vero dicunt dominū primo sedisse cū discipulis in supercilio montis: ⁊ electus. xij. descēdisse ad aliquam planiciē in latere montis eiusdem ⁊ ibi vnū sermonem simul cum turbis ⁊ discipulis habuisse quem vterq̄ euāgelista narrat diuersimode: eadem tamen rei veritate. Sz primum conuenientius tenetur ⁊ veritati magis consentire videtur. Et ex hoc inoleuit cōsuetudo in ecclesia q̄ q̄ñ fit sermo turbis ⁊ secularibus stat predicator vt inuitās ad pugnā ⁊ operatiōes: q̄ñ clericis ⁊ religiosis sedet vt inuitās ad quietē ⁊ contemplationē. ¶ Proponit autē dñs iesus in principio sui sermonis octo beatitudines seu virtutes ⁊ subnectit premia singulis btitudinibus seu virtutibus correspondentia. Vñ ponit ibi aliquid per modū meriti puta btī ꝛc. ⁊ aliqua per modū premij puta q̄ñ ꝛc. primum enī pertinet ad beatitudinem meriti: sed vero ad beatitudinem premij. Sed qui desiderat consequi premiū: studeat primum hñre meritum. vnde Aug. Nemo quippe inueniri pōt qui beatus esse nolit. Sz o si homines quō desiderant mercedes si opus mercedis nō recusarēt. Quis nō alacriter curraret cū ei dr btus eris? Libēter audiat. ⁊ cū dr si hec feceris. Non recuset certamen si diligit premiū ⁊ accendat animus ad alacritatē operis cōmendatione mercedis. hec August. Btitudo quippe dr dupliciter. vno modo i spe sicut habetur in via. alio mō in re sicut habet in patria. Bti sunt ergo excellētes in virtute beatitudine vie per gram btificandi beatitudine patrie per gloriam. Vel sm Aug. Non inde beati sunt: q̄ pauperes spiritu sed q̄ñ ipsoꝝ est regnum celorum: ira de alius suo modo. [Docebat] ergo [eos dicēs. Beati pauperes spū] id est voluntate ⁊ electione non necessitate vel simulatione [q̄ñ ipsoꝝ est regnum celoꝝ] q̄d est primum correspondens merito eorum. Ubi sciendum q̄ paupertas spūs sumit' hic p abstinētia ab amore mundi. i. ab amore eoꝝ que in mundo sunt ⁊ que amatoꝝ mūdi cōplectit: ⁊ sic est plenaria dr delectabiliū abdicatio: dr delectationes que sunt in diuitijs ⁊ delitijs ⁊ huiusmodi contēnens. Et iō btitudo ista pōt intelligi dupl'r vno mō p p̄ēptu diuitiaꝝ ⁊ carnaliū voluptatū. scdo p p̄emptu sui ⁊ ppter excellētie vt eriā bonus se inutilē ⁊ ceteris reputet inferiorē. Cōtēptus aūt diuitiaꝝ nascit ex p̄ēptu sui: q̄ enī veraciter ⁊ humiliter ppter deū se p̄ēmittit tpalia que ppter se funt facilitē et p̄ēnitne magno p̄cio exterioꝝ estimat: qui se interius non curat. Sic ergo paupertas spūs implicat virtutē volūtarie ppter xpm egestaris ⁊ ēt vere hūilitatis. Et sm vtrūq̄ intellectū hec btitudo primū tenet locū. Scdm primū quidē intellectū: quia paupertas est pma p̄fectio volentiū sequi xpm ⁊ totius spūalis edificij fundamentū. Non enim pōt expedite sequi xpm paupertatis speculum qui oneratus est rebus tpalibus: nec est liber sz seruus qui animi affectionez subiicit istis rebus trāseuntibus. Eius enī rei quā affectuose diligo me seruū spōte ēstituo. Et iō nihil ē amādum: nisi ipse deus vel aliud ꝓptes deū. vñ Ambro. Primā btitudinem hāc vterq̄ euangelista posuit. ordine enī pma est ⁊ parens quēdā gnātioq̄ virtutū. Q̄ qui contempserit secularia: ip se merebit sempiterna. Nec pōt quisq̄ meritus regni celestis adipisci qui mūdi cupiditate possessus emergēdi nō hz facultatē. Sil' quo ad intellectū scdm: q̄ hūilitas opponitur initio oīm vitiorum: scz superbie que inter omnia vitia tenet principatum. vñ Aug. Recte hic intelliguntur pauperes spū: humiles ⁊ timentes deum. i. non habentes inflantem spūm. nec aliunde oīno incipere oportuit beatitudinem. Sic quidē peruenit ad summā sapientiā. Initiū aūt sapientie timor dñi: q̄m ⁊ a cōrario initiū oīs peccati superbia describitur. vñ ⁊ Chriso. Sicut cetera vitia depumuit ad inferos ⁊ maxime superbia: sic velut frūtes ad celū: maxime aūt humilitas. hec Chri. Cupidi ergo ⁊ superbi appetant ⁊ diligant regna terrarum [beati] autem [pauperes spū]. i. spūali voluntate vel sui reputatione [q̄ñ ipsorum est regnum celorū] nunc in spe ⁊ in futuro erit in re. Et bene premium merito respondet vt indigentie ⁊ humiliatione copiositas et exaltatio excedat. In regno enī intelligitur omnimodo sufficientia ⁊ excellentia que bene promittit i celis qui talia ꝓtempserūt in terris. Deinde sequitur scda. [Bti mites q̄ñ ipsi possidebūt terrā.] Post paupertatē sequitur mititas. q̄ enī pauper ē multis lacesit' iuriis: et iō necessariū est q̄ sit mitis vel mansuetus q̄ idē ē sm rē sed differūt noie. Mitis enī est qui alium nō offendit: mansuetus qui se offendentes tolerat. vñ māsuetus dr quasi manu assuetus: cui facile est sustinere nō malū p malo reddere: mitis vero qui nulla ai accensione turbatur sed tugiter in animi bonitate pseuerat. Et sm hoc mitis dr in affectu: mansuetus i effectu. Mites ergo sz rē sunt homines mansueti modesti et humiles in fide simplices et ad omnes iniuriam patientes: qui nullā amaritudinē animi sentiūt et cū irritati fuerit: nec cogitāt facere malum nec faciūt cedūt improbitatibus et non resistūt malo: sed vincunt malū i bono. Et vere [bti mites q̄ñ isti possidebunt terram] scz duplices. i. corpis ppriij quam gerunt: et paradisi quam querunt. Terrā inquā corpis ppriij: q̄ mites hñt dñium sui sed nō iracūdit: q̄ nō subiiciunt sensualitatez rōni. Jtē terrā paradisi: mites enim quiete ⁊ pacifice possidet dñs in terra mosentiuz: et ideo lege vicissitudinis mites possidebunt dñm in terra vi

A

Beatitudo prima.

Ambro.

Mat. 5. Luc. 6.

B

Beda.

August.

Ecclesia. 1. Eius. 10. Chriso.

Sedendi ⁊ standi in p̄dicando mos.

Beatitudines octo.

August. B

Beatitudo dupliciter dicitur.

Paupertas spūs.

C

Scda beatitudo

Mitis.

Mansuet'

August. Possidere terram.

nent iñ. Et ſm glo. qñ ſeipſos in pãri poſſident hereditatẽ pñs in futuro poſſidebũt. vbi Aug. Tlic ꝓ poſſidebis terrã qñ inperebis ei qui fecit celũ t terrã. Hoc eſt enim eẽ mitẽ nõ reſiſtere deo tuo. Ut in eo qd bñ facias ipſe tibi placeat nõ tu tibi. In eo aũt q̃ mala iuſte pateris ipſe tibi nõ diſpliceat ſ̃z tu tibi. Tuncq̃ enim pax eſt qꝫ placebis ei diſplicẽs tibi. Diſplicebis enim ei placẽs tibi. hec Aug. Ritẽr ergo i mites; t dimicẽt ꝑ terrenis t tpalib? t reaus. Bri aũt mites qñ ipſi hereditate ac imobiliter t ſolide poſſidebũt terrã eterne beatitudinis. Ad hoc enim holes feroces monẽt gnerras t lites ſequẽtes mor? irascibilis vt quaſi ſecuri poſſideant terrã denictis inimicis t ĩ illis qui ſunt totaliter quietati a moribus irascibilis: bñ ꝓmittit poſſeſſio pacifica terre viuẽtiũ de qua pelli nõ pñt ab aduerſarijs. Significat enim terra ſ̃z Aug. quandã ſoliditatẽ t ſtabilitatẽ hereditatis perpetue vbi aia ꝑ bonũ affectũ tanq̃ in loco ſuo requieſcit ſicut corpus a terra. Ipſa eſt requies t vita ſcõꝝ. Si ergo vt ait Beda. celoꝝ regnũ pauperibus t terra mitibus ꝓmittit: quid ſuperbis t prãtioſis niſi ifernus relinquet? Deinde ſequit tertia. [Bta lugẽt: qñ ipſi ꝓſolabunt.] Hec tertia beatitudo recte primã ſequit t ſcõaꝫ: poſt ꝓtemptũ nãq̃ mũdi ꝑ paupertatẽ poſt qietẽ mẽtis ꝑ manſuetudinẽ reuitacãs hõ ſibi t ꝓſiderãs ſtatũ ſuũ nihil inuenit nec i ſe nec in alijs niſi materiã luctus t flebiles: t ideo incipit lugendum nõ propter temporalia damna: ſed propter ſpũalia detrimenta. Et vere beati qui lugent: qñ deus eos ꝓſolando oẽm lachrymã ab oculis eoꝝ abſterget. vñ Bern. Felix lachryma que manu pij dñi mereẽ abſtergi. vt ait maximus. Lachryme veniam non poſtulantis: tñ merenẽ: cauſam nõ dicunt: t tamen miam conſequuntur: qꝫ ſermo interdum nõ totum ꝓfert negotium: lachryma ẽo totũ ꝓdit effectũ. Conſolabunt aũt lugẽtes t hic t in futuro. In ꝑſenti enim ꝓſolationes ſpũales conſolante ſpũſancto qui paraclytus. i. conſolator ꝓtrecipiunt penitentes. Conſolabunt t in futuro cum ad gloriã perducentur vbi gaudiũ t letitiã obtinebũt: ꝓ ſm Chri. hmõi luctus dñs ꝓpetui gaudij cõſolatione cõpenſat: vt aũt dicit idem Chri. Lugendũ eſt t vere lugendum ꝑſentis vite tempus in quo tantas malorũ labẽtãtaq̃ quotidie vidimus flagitia cumulari: que ſi velis conſiderare per ſingula: nunq̃ te poteris a lachrymis tẽperare. Et enim ſi quis extrinſecus vndecũq̃ adeſſet t ꝓceptoꝝ xpi ac noſtre cõuerſationem t pertur̃bationẽ videret inimicos nos eſſe t contrarios preceptoꝝ xpi iudicaret: t quaſi qui ſtudiũ quoddã haberemus cõtraria in omnibus gerere q̃ ille mandauit. hec Chriſo. ¶ Et ſciendum q̃ quinq̃ ſunt cauſe luctus quarum due reſpiciunt culpam ſcz ꝓprias t alienam: due penã: ſcilz preſentem t eternam: quarta gloriã celeſtem. Lugendũ eſt ergo i hac vita primo ꝓ ꝑtis t miſerijs ꝓprijs. ſecundo ꝓ ꝑtis t miſerijs alienis. tertio ꝓ incolatu preſentis miſerie: t quarto ꝓ periculo t dubio pene eterne. quinto ꝑ dilatione glie. Et ĩõ [beati qui lugent] ſcz in preſenti [quoniã ipſi conſolabuntur] plenarie in futuro cõtra quĩq̃ luct? predictos: contra primũ de pctoꝝ remiſione: cõtra ſcõm de primoꝝ bonoꝝ ſalute t maloꝝ cõdemnatione contra tertium de huius exilij libe-

Terra.

Beda.

Tertia beatitudo.

Lugẽdi rõ. apo. 21.

Bernard? maximus. Lachryma rum commendatio.

Chriſo. Quid lugẽdum.

Auct? cãe quinque.

Conſolationes lugentium.

ratione: cõtra quartũ de euaſione pene future: cõtra quintũ in glie adeptione: t tũc poterũt dicere cũ ps. Scõm multitudinẽ doloꝝ meoꝝ in corde meo: conſolationes tue letificauerunt aiam meã. Hinc ſententie pcor. Gregoꝝ. qui dicit Quatuor ſunt qualitates quibus iuſti viri aia in cõpunctione vehemẽter afficiũ: cũ aut moloꝝ ſuoꝝ reminiſcũt conſideras vbi fuit: aut iudicioꝝ dei ſuiam meruẽs t ſecũ querẽs cogitat vbi erit: aut cuꝝ mala huius vite pñs ſolerter attendens merens cõſiderat vbi eſt: aut cũ bona ſuperne patrie contẽplat: que qꝫ nondũ adipiſcit lugẽs conſpicit vbi nõ eſt. hec Greg. Bau deãt ergo vani in hoc mundo: bri aũt qui lugẽt qñ cõſolabuntur in celo. Congrue aũt lugentibus ꝓmittit t ꝓparat eterna conſolatio: vt qui tristati ſunt in pñti gaudeant in futuro: t tempoꝝalem amittentes letitiã: perfruãtur eterna. ¶ Deinde ſequitur quarta. [Beati qui eſuriunt t ſitiunt iuſtitiã: qñ ipſi ſaturabunt] hec quarta bẽtitudo recte ſequitur tres ꝑdictas. qui enim mundana contẽpſit ac moꝝes manſuetudine rexit t defectus lãritiã põt eſurire t ſitire iuſtitiam: qõ nõ prius potuit: qꝫ ſm Ambro. eger cũ in graui morbo eſt nõ eſurit. Prime vero tres a ſeculo nequaq̃ eripũt: paupertas enim diuitias aliq̃ tim̃ãſuetudo iniurias nõ ſentit: luctus cõuiſſa diluit: queꝫo ſequunt̃ ad celũ erigũt quarũ prima eſt nõ tam iuſtitia q̃ eſuries ſine deſiderio iuſtitie: qꝫ in pñti perfectã iuſtitiã nõ poſſumus habere: ſed poſſumus eſurire. Vñ dicit. [Beati qui eſuriũt t ſitiunt iuſtitiã]. i. cũ omni deſiderio t vehementer ad modũ eſurientis et ſitientis appetunt eam ſm Bedaꝝ nos inſtruẽs nunq̃ nos ſatis iuſtos eſtimare debere: ſ̃z quotidiano iuſtitie ſemper ardere ꝓfectu. vñ Hier. Non ſufficit nobis velle iuſtitiam: niſi iuſtitie patiamur fameẽ: nãq̃ nos ſatis iuſtos: ſ̃z ſemper eſurire opera iuſtitie intelligamus. Et acci pit hic iuſtitia ſm q̃ eſt virtus generalis ad oẽs qua declinatur a malo t fit bonum ſ̃z q̃ homo ab ea generaliter iuſtus dicitur per exercitum virtutum: qꝫ ſm Chriſo. eſurit iuſtitiã qui ſ̃z dei iuſtitiam dei deſiderat cõuerſari. hanc iuſtitiaꝝ t vite rectitudinem non ſolum in nobis: ſed et in omnibus alijs appetere debemus. Et hoc eſt bnens t iuſtitia que tribuit vnicuiq̃ quod ſuũ eſt: deo: primo t ſibi. Deo tria. ſ. honorẽ creatori: amorẽ redemptori: timorem iudici. Proximo tria. obedientiam ſuperiori: concordiã paribeneficentiam inferiori. Sibi tria: mundiciam cordis: cuſtodiam oris: diſciplinam carnis. Et vere beati qui eſuriunt t ſitiunt iuſtitiã qñ ipſi ſaturabuntur vt qui per eſuriẽ t ſitim iuſtitie merenẽ: per ſaturitatẽ glie ꝓmienẽ: t conatũ quem paſſi ſunt in merendo: t reficiãt ꝓmium in perficiendo. Que ſaturitas reddetur in vita beata. de qua dicit Pſalmiſta. Satiabor cum apparuerit gloria tua. In pñti quoq̃ reddit: qꝫ ſicut auaritia ſitit aliena t eſurit: ſic per iuſtitiam ſaturatus contentus eſt ſuis t aliena nõ cupit. Non ſolũ itaq̃ illi qui faciunt iuſtitiam ſeu inſtitie opus ſ̃z ẽt qui eã eſuriũt t ſitiunt. i. qui eam facere cõcupiſcunt: et ſi nõ poſſunt facere qd deſiderant: tamen beati ſunt: qꝫ quantũ in ipſis eſt faciunt qd deſiderant: et iſti quidẽ ſaturabunt qñ oia eorum deſideria complebuntur. vñ Aug. Qui perfecte nouit et perfecte amat iuſtitiam: iuſtus eſt etiam ſi nulla exiſtat ſm eaꝝ forma ſecũ

per

Ps. xcii.

Greg. Compunctionis citatum.

E Quarta.

Amb.

Eſurie.

Bedaꝝ

Hiero.

Iuſtitia.

Pſalm. 16.

Chriſo.

Iuſtitia.

Hylarius.

Chriſo.

Ps. xlvi.

Auguſt.

per mẽbra corpis opaudi neceſſitas. Deſiderãt ergo alij vana q̃ eos ſatiare: nõ poterũt [bti aũt q̃ eſuriunt t ſitiunt iuſtitiã: qꝫ ipſi ſaturabunt] hic ꝑ modũ: ſed plenarie in futuro. ¶ Deinde ſequit quita [Beati miſericordes qñ ipſi miaꝝ conſequenẽ.] Poſt iuſtitiam recte ponit mia t qꝫ vna nõ debet eẽ ſine alia ſed altera ab altera tẽperari. Nã mia ſine iuſtitia deſcẽdit ad diſſolutionem: iuſtitia ſine mia deſcendit ad crudelitatẽ. vna cũ alia incedit ſm equitatem. ¶ Eſt aũt mia miſeria cordis ſuper malo. vñ dicit miſericordes quaſi miſeꝝ cor habentes: qꝫ alteri? miſeriam quaſi ſuã reputãt: t de malo alterius ſi de ſuo dolent. Mia eſt dimittere iniurias illatas ac oẽm rancorem t odium: et dare quod cũq̃ poteſt ſpirituale t corporale ſubſidium. Mie aũt exhibẽdẽ is eſt ordo vt pri? ſit ſuper malo ꝓpio ſm illud Eccleſia. Miſerere anime tue placens deo: deinde ſuper proximi malo eĩ defectibus cõdeſcẽdendo: cuius finis eſt ꝑ alio mori exemplo xpi qui ꝑ nobis ex mia dedit ſe morti. Eſt igit mia prima propria ad ſeipm ꝑ pniam. Secũda fraterna ad proximũ ꝑ ſufficientiam. Eſt tertia filialis ad deũ ꝑ cõpaſſionem: ſed heu qꝫ nihil cõpatiũtur ſup contritione ioſeph. prima conſequitur miſericordia in remiſſione oĩs culpe: t ſcõa ꝓſequitur miam in diminutione pene t interceſſorum multiplicatione. q̃ enim diminuit alterius penã meretur ſue diminutionẽ. tertia cõſequitur miam in adeptione glorie: qꝫ ſm apm: ſi compatimur t glorificabimur. Sed vt dicit Ambro: qui cõpatit non ꝓfunctorie cõpatit ſed vt tribulationes xpi in corpe ſuo impleat: ſicut implebat t paulus. Igit ſtudioſe circa miſericordiam inſiſtere debemus: qꝫ in oibus mia dei indigẽm?. Hec virtus tanta eſt q̃ ea pre ceteris de quaſi ſibi propris attribuat. vnde dicit. Deo cui ꝓprium eſt miſereri ſemper t parcere. Hanc etiã negaram exprobrabit reprobis: t impenſaꝝ cõmẽdabit iuſtis. Maxime enim ſpuccurrẽt opera miſe in die iudicij his qui fecerint ea t qñ vt ait. Jacobus: iudicium ſine mia fiet illi qui non fecerit miam. Unde Aug. Beatos eſſe dicit qui ſubueniũt miſeris: qꝫ eis ita repẽdetur: t de miſeria liberentur: fac et fiet: fac cum altero: vt fiat tecum. Q̃ egeris cũ petitore tuo: hoc agat deus cum ſuo. vñ et Hylarius. Intantum enim deus benivolẽtie noſtre in oẽs delectat affectu vt miam ſuã ſit ſolis miſericordibus preſtitur? vñ t Chri. Dñs miarum miſericordes dicit eſſe brõs oſtendens vniſquemq̃ noſtrum miam ꝓmereri non poſſe: niſi et ipſe miſericors fuerit. Et iterum: videtur aut̃ eſſe equalis retributio ſ̃z t multo maior: non eſt enim equalis humana mia t diuina. Beuiant ergo tyrãni cuꝝ ſuis crudelitatibus ſine mia periturj [bti aũt miſericordes qñ ipſi miam ꝓſequenẽ.] in futuro t vbi ab oĩ miſeria culpe t pene ſubleuabuntur: et in hoc ſcõ vbi eis culpa remittit t gr̃a largitur t conferuntur ꝓalia t ſubleuantur a multiplici miſeria: ꝓ our ſtatus iſte patitur t ſaluti ſpũali expedire videt. ¶ Deinde ſequitur ſexta [Beati mundo corde: qñ ipſi deum videbunt.] Sexta beatitudo optime ſexto loco ponit: qꝫ per ipſaꝝ homo ad dei imaginem que ipſius dei per cognitionem et amorẽ capax eſt reparatur: quã ſexta die conditus perdidit. et ſexta etate recuperauit. Et hoc poſt miam ponitur cordis mundicia. qꝫ ſm Ambro. qui miam defert: miam amittit niſi mundo corde miſereat: nam ſi iactãtiaꝝ querit: nullus eſt fructus. Dicit ergo. Beati mũdo corde: nõ dicit de ſuperficie: vt fallaces hypocrite: qui mundant qd foris eſt non tm̃ corpore: vt mũdani diuites qui corporis ſtudent mũdicie: ſed corde quos nõ arguit cõſcientia ꝑ cõtũ qui declinãt a malo quoliber t faciunt oume bonũ qd pãt bono fine t recta ĩtentione. Et vere ſic mundo corde bti ſunt qñ ipſi deum videbũt qꝫ mũdicia maxime vnit ſumme beatitudini: t mund? nõ niſi mũdo corde põt videri. Illud eſt cor mũdũ qd nõ arguit conſcientia vlla peccatis: ſed eſt rẽplũ ſcm̃ dei ẽr quo cogitationes male nõ ꝓcedũt. Si enim cor fuerit mũdũ a prauis cogitationibus: tor? homo erit mundus ab inq̃tatib?: ibi enim pctã oriũt: ibi radices figunt: t q̃ ſi ibi ſucciſe fuerint: non eſt vbi creſcant. Deus ãppe ſpũs eſt. et ideo nõ oculo carnis: ſed oculo cordis t mẽtis tm̃ videri põt. Et ſicut opꝫ oculum carnis eſſe purũ t mundũ vt ſolẽ poſſit videre: ſic longe plus oportet oculũ cordis mundũ eſſe vt poſſit deum qui lucem inhabitat inaccẽſibilẽ videre: qꝫ in eo oĩs ſufficientia noſtra ꝓplet: t finis deſiderjorum noſtrorũ habet. qui ſolis mũdis corde debet. vñ Auguſti. Hic eſt finis amoris noſtri. Quicquid bñ agim̃: quicq̃d laudabiliter eſtuam?: quicq̃d inculpabiliter deſideramus ad dei viſionẽ cũ venerit plus non requirem?. Videre deum volum?: ſed vide quid dictum eſt. Beati mundo corde: qñ ipſi deũ videbunt. Hoc para vñ videas. Non enim corde nõ mundo videre permitteris qõ non videt niſi corde mundo. vñ t Ambro. Emunda cor tuuꝫ oẽs pollutas cogitatiões de corde tuo abijcem: nil ſit quo tuus inquinetur affectus. Simplex mens pura ſin ceritas ſit: talibus ſe oĩs: ſi volutabrũ corporis depoſuerint: de monſtrare dignatur. hec Ambroſius. Immũdi ergo corde qui in ſordibus ſunt ſordeſcant adhuc [beati autem mũdo corde: qñ ipſi deũ videbũt] in preſenti ꝑ fidẽ t in futuro ꝑ ſpecie. in pñti familiari?: t in futuro gloriũſius. Hic ſm q̃ aliquis eripuerit ſe a malis t bona fecerit ſm hoc deũ videt aut minus aut ampli?: t t ibi quanto mũdicia maior tanto viſio potentior et clarior. ¶ Deinde ſequitur ſeptima [Beati pacifici: qñ filij dei vocabũtur.] Septimo loco ponit beatitudo pacis: qꝫ in ſabbato ſeptime etatis plenarie dabit pax habentib? beatitudines ſupradictas. Bene autem poſt mundicia pax ſequitur: qꝫ ad gradum pacis q̃ purgat? eſt dirigit nec niſi in bona voluntate pax nutrit. vnde Ambro. Cũ interiora tua vacua feceris ab oĩ labe peccati: a te pacẽ inciſtis: ſic pacem alijs feras. Dicit ergo beati pacifici: nec dicit ſimpl̃ pacati: qꝫ hoc primo ad ſcõaꝫ beatitudinem que eſt miſitas: ſed dicit pacifici qui. ſ. primo in ſemetipſis pacẽ faciunt: t quicq̃d perverſe cogitationis locutionis: operis ve deprehendunt potenter expelluntur: ne aliquid turbationis in ſue regno dñationis eſſe pmittunt: t ſi quid eis aduerſitatis occurrat pacẽ ſuã tm̃ ſeruãt et cũctra cũ cordis ſui tranquilitate iudicãt. Deinde in ſe tm̃ pacem cuſtodiunt: verum etiã alios diſcordãtes ſibi ad vnitatem pacis reducunt: ac ſemp paci faciendẽ: reformande: et conſeruande: t ſine in ſe ſine in alijs ſtudiũt. Paci aũt contrariantur quinq̃. ſ. bella: lites: tumultus: inquietudines et molestie. Pacifici ergo huiuſmodi bellis ſapiendis: litibus diri mẽ-

Ambro. Cordis mũdicia.

Matt. 23. Mundicie laus.

Exo. 5. l. Cor. 3.

Jo. 4. Deum videre finis.

l. Tim. 6.

Auguſtin.

Ambro.

Septima beatitudo.

Pacifici.

Pax.

Ambro.

Pacẽ cõtra quinq̃.

F Quita beatitudo. Mia temperata.

Mia quid

Mie exhibẽdẽ ordo.

Eccli. 30.

Mia triplex.

Amos. 6.

Ro. 8. Ambro.

Miſericordie laus inopone ecclesie.

Matt. 25.

Jacob. 2.

Auguſtin?

G Sexta beatitudo.

dis:tumultibus sedandis:inquietudinib⁹ quietandis:molestijs mitigandis in sistunt. Hec aũt sunt officia filij dei qui in se pacificus pacem reformauit in alijs: ⁊ ideo de pacificis bene dicitur [qm̃ filij dei vocabuntur] Pacifici etiã dicnt̃ qui totaliter etiã ꝑ affectũ mentis deo sicut summe bonitati coniunguntur ⁊ sic nihil aliud extra ipsum queruntſed in ipso quietantur ⁊ pacificant̃. Qui ⁊ filij dei vocari merentur qꝛ filiato dei importat assimilationẽ ad deũ. pro priuꝛ aũt ẽ ipsius dei seipso frui ⁊ in ipso ḡtari. pacifici ergo eẽ debent⁹: vt vere ipm̃ deum pacis in nob s hr̃e mereamur. de quo scriptum est factus est in pace locus eius. vbi Augu. Pacifici in semetipsis sunt qui oẽs animi sui motus exponentes ⁊ subijcientes rõni. i. menti ⁊ spiriti carnales:q̃ cõcupiscentias habentes edomitas sunt regnum dei. In quo ita ordinata sunt oia: vt id q̃ est in hoie precipuũ ⁊ excellens hoc impereet ceteris nõ reluctantibus que sunt nobis beatij:q̃ cõia atq; id ipsius quod excellit in hoie. i. mens ⁊ rõ subijciatur potiori quod est ipsa veritas vnigenit⁹ filius dei. Nec q̃ enim imperare inferioribus põt nisi superiori se subijciat. Et hec est pax que datur in terra hoibus bone voluntatis. hec est vita consummati pfectiq; sapientis. hec Aug. Litigent ergo discordes patrẽ sui dyabolus imitãtes [Beati aũt pacifici] primo si bi deinde alijs: scz interna pacẽ ⁊ fraternã seruãtes [qm̃ filij dei] ⁊ veri imitatores eius in superna pace [vocabuntur] hñt enim similitudinẽ dei patris: qꝛ deus pax et quies summa est: ⁊ omnia cum trãquillitate disponit. ¶ Deinde sequitur octaua [Beati qui pfecutionem patiunt̃ ꝓpter iustitiam: qm̃ ipsorum est regnum celorum] ꝑm Chri. Posita pacificorum beatitudine ne aliq̃s estimaret q̃ semper pacem sibi querere sit bonum: subdit [beati qui pfecutionem patiuntur ꝓpter iustitiam] hec etiã beatitudo pficit hoies ad bñ pariendũ: sicut p̃dicre ad bñ agendum: qꝛ sicut ad virtutem ꝑtinet bñ agere: ita ⁊ bñ pati. Et tõ post p̃cedentes beatitudines que cõsistit in pfectione actionis: sequit̃ hec q̃ cõsistit in pfectione passionis. nã sicut beatitudo patrie distinguit̃ penes aureã ⁊ aureolã: sic beatitudo vie q̃ est imago q̃dã ⁊ similitudo illius: p̃cedentib⁹ enim rñdet premium aureo: huic vero premium aureole. q̃ hic ꝑ regnũ intellig: t̃. nas ꝑm Hiero. hoc martyrio cõparat̃. [Dicit ergo Bti]. s. nõ tm̃ q̃ opant̃ sed etiã] q̃ persecutiones patiunt̃]. s. patienter ⁊ nõ ꝓpter scelera ⁊ pctã tua: sed ꝓpter iustitiam. s. legalem q̃ includit oẽm virtutem. i. ꝑm Chrisso. ꝑ veritate atq; pietate ⁊ pro aliorũ defensione. solemus enim iustitiam ꝑ oi virtute animi ponere. Et vere beati in spe beatificandi in re [qm̃ ipsorũ est regnũ celorum] ⁊ quo ad auream ⁊ quo ad aureolã. Sed numquid ꝑ libertate ecclesie me exponã morti? Ita pro alijs que spñalia sunt ⁊ non pro agris vel redditibus ecclie ⁊ similibus. Sepe enim nos opponimus pro his magis inducti auaritia q̃ iustitia. huiusmodi questionẽ Ambro. determinans ait. Si a me petierit imperator q̃ meũ est. i. fundum meũ: argẽtum meũ ⁊ hmõdi: sciat me nõ refragaturum q̃q̃ oia que mea sunt pauperum. verũ ea q̃ diuina sunt imperatorie potestati non sunt subiecta. Si patrimonium petiris inuaderit: si corpus occurram vultis in vincula rapere: vultis in mortẽ rapere voluntatis est mihi: nõ ego me vallabo circũfusione populorũ: nec altaria tenebo vitam obsecrans: sed pro altaribus ⁊ spiritualibus ad ipa pertinẽtib⁹ immolabor. hec Ambrosius.

Pacifici filij dei.

Ps. 75.

Augustin⁹ de pacificis

Lu. 2.

Octaua beatitudo.

Chrisso.

Pati.

POstq̄ ergo dominus docuit non esse inferendam iniuriam proximo nec irreuerētiā deo: consequēter docet qualiter christianus se habere debet ad eos qui sibi iniurias inferunt ponens pauca verba que omnibus hominibus ad perfectionē sufficiunt in quibus ois patientie ⁊ largitatis virtus aperte commēdatur ⁊ suadetur. Et primo ponit in rellectū cuiusdam precepti iudicialis: vbi errabant iudei credentes q̄ vindicta esset propter se appetēda: ſz hoc est falsum: q̄ velle penā alicuius absolute nō pōt habere rationem boni: sed solū inquātū appetit̄ ꝓpter aliud: ſcz ꝓpter ordinem iustitie seruādū: vel ꝓpter illius qui deliquit correctionem: vel ꝓter aliorum terrorē: vt videntes talē puniri coercentur a malis: vel ꝓter aliquod huiusmodi. Ubi ergo nullum bonum tale ex pena alicuius stimat euenire: sed magis timetur de scā talo: vel de maiori malo sufficit ando: tunc tenetur homo desistere a vindicta querenda: ⁊ hoc est necessitatis: si autē circa talē casum desistat est supererogationis. Igit̄ [nō resistere malo] in aliquo casu est ꝓceptū: ⁊ in aliquo cōsiliū: ⁊ aliqs nō resistere esset malū: q̄ſ ſcz per hoc daretur audacia malis hominibus simplices opprimendi: et possunt eorum malicie sine periculo occurri. Malo enim culpe semper est resistendum: sed malo iniurie nunq̄ libidine vindicte sed per iudicē amore iustitie cū. ſ. utilitatis ecclesie ⁊ correctionis primi malis discat assuescere. Unde in lege p̄ceptū iudiciale de pena talionis erat circa mortē: percussionem mutilationē vt p̄cutiens in eo pateret ⁊ punirēt in quo lesserat: ⁊ redderet aiam pro anima: oculū pro oculo dentē p dente. Oz enim iudei proni ad inferēdas iniurias primo etiā sine cā ⁊ seuē in vindicādo propias iniurias erāt modūq̄ ⁊ mēsurā pene excedebāt: lex tā pro remeritate ledentiū q̄ lesorū instituit modū ⁊ terminū vltionis quē nullus excederet in iniurijs vindicandis: ſcz penam talionis. Prouida enim q̄dam cautela modus posuit tā propter preuitatē ledētiū vt repmerēt: ⁊ ioe q̄ lesorū ne vltionē sumerēt vltra modū proprium. Christi aūt cuius mia superexaltet iudicium ⁊ ipsius euangelij iustitia est non resistere malo. ſ. p malum: sed in bono patiente vincere malum iniurie. Nec etiā respondendū est iniurijs q̄ō maius est: vt iniurijs lacessiti parati ⁊ p pri fim⁹ ad illas patienter sustinēdas. In lege est retributio: q̄ iubet lesum equali iudicio iudicari: in euangelio gratia: q̄ docet patiēte ꝓ tutem etiam per mēbrorū dāna seruari. Ex Chrysostomo. Si alterius oculū eruis nō tuū recuperasti: sed cū membro etiā patientiā pdidisti. Diabol⁹ vulnera p̄curat corporum ꝓter vulnera aiaꝝ. Si tu non p̄cusseris ab hoie quidē victus videris: sed diabolum vicisti. Tū si non reddideris malus pro malo: ⁊ si mēbrū corporis pdidisti lucrus p patientie acquisisti. Si autē reddideris et corporis dānum passus es ⁊ salutis. Nec tātū lederis q̄ ab iniquis noceris quantū cū a constantia bonitatis recesseris. Hec Chrysostomo. Sunt autē quatuor gradus ad pacem. Primus est nō pl⁹ reddere. Secūs etiam minus reddere: ⁊ hoc additus est p traditiones pharisorū q̄ dabāt. xl. discipulus vna minus. Tertius est malum non reddere. Quart⁹ est parti esse amplius tolerare. Primi duo fuerūt i lege i tertio: licipit euāgeliū: cū dr [nō resistere malo] in ḡro euāgelij ꝓsummatio q̄ p̄ir exponit declarādo. Ubi q̄ non dixit resistēdū malo ne aliqs intelligeret de malo culpe nō iiurie fubiūgit dicēs. [Oz si q̄s te p̄cusserit i alter dextram maxillā: prebe ⁊ illi alterā]. ſ. dextram mēris interiorē ne exterioris hominis cede vel tacitus intra se moueat interior. i. sis paratus i aio ad aliā p̄cussionē ⁊ maiora ⁊ ampliora sustinendū q̄ ꝓ ipatientiā malo resistas: ⁊ scādalū vel aliqō malū aliud cōtra charitatem suscites. Vū Augu. Nō tm nō repercutias: sed si vult alterā ferire patiēter sustineas. Ubi Chrys. Quis rep̄cutit legis implet mādatum christi. Oz dicis dignus est ille repcuti etiā: sed tu nō es dignus repcuterei: q̄ discipulus illius es qui cū maledicereturnō remaledicebat: hec chrysosto. Ad oē ergo nos exemplum patientie ⁊ humilitatis ꝏ minus per euāgelica precepta cōfirmat. Non solum enim prohibet repercutere percutientem: sed et iubet nos paratos esse iterum percuti et non resistere malo iniurie quomin⁹ adhuc possit nobis inferri. Unde Beda. Quid tam magnū quā percutienti prebere maxillam? Nonne indignatiōis impetus frāgitur: ira sedatur: ⁊ per patientiam ille mutatur vel imitatur ad penitentiam? Per huius ergo mandati implētionem homo Christo conformatur. diabol⁹ ab homine vincitur: pena par inter homines obtinetur. Unde Chrysosto. Huiusmodi meditatio tolerantie ducit ad passionem martyrij. Facile enim persecutionis tempore, penas corporis poterit iustinere: si in pace ante excercitatus huiusmodi iniurias equaniniter ac libenter suscipiat. Hec secundum Augustinum. Non phibet ꝓ ea vindicta q̄ ad correctionem valet. Sed huic vindicte inferende nō est idoneus nisi qui odiū dilectiōe superat. nō enim odit p̄ filiū castigādo. Ut nō debet quis odio ⁊ libidine vindictā exercere: sed amore ⁊ ad correctionē ⁊ vt iiurias ab eo cui rerum ordine potestas data est tanq̄ filius a patre corrigat: parat⁹ si opus sit equo animo plura tolerare ab eo quēs vult esse correctū. Talis enim vindicta ad correctionē ꝓpter amorem pertinet ad miam. Ubi ergo qui ipso corde est ad oia paratus vt in omnibus que patiē

Matth. 5.

Vindicta ad correctionem exercēda est.

Pōlvi. p deo veraciter possit dicere ⁊ canere illud propheticum. Paratum cor meum deus paratū cor meū. Non solum aūt maxillā prebendam percutienti dūs precepit sed dāna subiri. Oz ꝓm Chrisostomo, post corporalis iiurie tolerantiā vult nos et dūs secularū habere contemptum non tm mōdo in plagis verumetiam in pecunijs rebusque diuersis nō vnl: prestare patientiā. Unde addit [Et ab eo qui aufert tibi vestimentum noli prohibere]. ſ. repugnando: vel cum eo contēnendo exemplo dūi qui vestimēta sua permisit a se auferri ⁊ a multitudinis diuidi. Dum enim vis vindicare vestem corporis: preciosissimum aie vestimentum perdis. [Et qui vult tecum in iudicio contendere]. i. contentiose agere [⁊ tunicam tuam rollere. i. vestem interiorē ⁊ magis necessariam per quā ⁊ cetera necessaria intelige. hoc est si ad te iudicium ꝓpter tunicam trahat: ad negotium tibi molestiam q̄ cōmoueat [dimitte ei ⁊ pallium]. i. exterius vestimētū ⁊ cetera quibus non adeo indiges nunq̄ ꝓtentiose: ⁊ cū iracūdia agas. Quasi diceret. Si quis contēdendo velit tibi auferre vnus de necessarijs ante q̄ cōtendas in iudicio sustine potius vt auferat tibi ⁊ reliquum de eis. Hoc quoq̄ ꝓm Aug. ad preparationē cordis: non ad ostensionē operis intelligendum. Et hoc etiam potes trahere: vt si quis vult tunicā tuā tollere. i. aiam vel interiora bona dimittas pallū. i. exteriora negotia. vbi chr. Si litē tibi videris imminentē: et in illa que non poteris indulgere melius est enim iurgio liberari q̄ retinere materiā iurgiorū. Difficile est rem dimittere: sed difficilius de iudicio sine peccato exire. Et iterum. Non solum inquit iniuriam patiens nihil iracundie moueas aduersus eū qui iniuriam facit: ⁊ non solum pro his que abstulit non indigneris: sed ⁊ si quid tibi forte subrelictum est id sponte largire ei qui totum abstulit. Dū enim ille talē te inuenerit respiscet continuo: ⁊ facti pigebit eū. vbi ⁊ Beda. Qō ō vestimēto ⁊ tunica dictū est: nō in eis solus: ſz in oibus faciēdū ēque aliquo iure tēporaliter nra esse dicimus. Si enim de necessarijs hoc imperatum est quanto magis superflua cōtēnere oportet. Lex igitur est vt alterius non tollas: ⁊ si tuum non das gratia aūt vt ⁊ alterius non tollas ⁊ tuū des. ꝓm Aug. qui sponte vel cōiuictus pecuniā debitā reddere noluerit in tm̄ vt velit litigare dimittenda illi est. ferunt enim dei non opus litigare manente illa regula: vt in animo paratus sit amittere q̄ suū debetur. Nam: si modeste ac leniter oīno egerit: vt sibi restituatur: nō tam intendens fructum pecunie q̄ vt hoies corrigat cui sine dubio perniciosum est habere vū reddat: ⁊ non reddere non solum nō peccabit: ſz prodeat etiā plurimum ille dum aliena pecunia lucrū facere vult damnū fidei patiat. Qō tātū est granius: vt nulla sit comparatio. Et nota q̄ repetere sua contingit duplr: aut coā iudice infideli: ⁊ sic ꝓ iano non licet: ⁊ maxime vbi ecclesia libertatē habet: aut coram fideli. ⁊ hoc dupliciter: aut contēsiose ⁊ cū fraude: ⁊ sic nulli licit: aut modeste ⁊ cū iustitia. ⁊ sic infirmis ⁊ imperfectis ſz simpliciter vero repetere sine contētione ⁊ fraude non coā iudice oibus licet.

Chrisō.

Contendē dū non cē.

Augustin. Vindicta ad correctionem exercēda est.

Contentio illicita.

Repetere sua duplicitr fit.

¶ De religiosis vero sua nō habentibus est sciendum q̄ repetere aliqua contingit dupliciter: aut vt aliqua ꝓpter vtilitatē propriam sic p̄fectis nō ſz: aut vt ꝓgregationis ꝓpter vtilitatem cōem: sic ſz et perfectis: qui ⁊ si nō habent sua in ꝓprio: tū habēt in cōi ⁊ ita noie cōitatis ſz repetere: vel si nō habēt oīnō nec in cōi nec in ꝓprio: habent tū res ad vsum deputatas. Et magis expediret iudici secreto significare quas in iudicio repetere. Deīde subiungit. [Et qui te angariauerit mille passus ⁊ vade cū eo alia duo milia [. i. patienter feras si amplius te ire oportet. Angaria ō: indebiti seruitij exigenda in ꝓpria persona vel quecunq̄ coactio iniusta. Unde angariare est iiqne seu iniuste aliquo modo trahere: vel personalia obsequia ⁊ opera impendere opprimendo in persona ⁊ grauādo. Est ergo sensus quicunq̄ te i seruitio indebito sine pctō tū coegerit seruire: ad hoc etiaꝝ ita debes paratus esse: vt amplius pati velis quam ille oprat inferre. Nas mille passus est iter sabbati: ⁊ ideo hoc non est cōtra sabbatū legis: sic sustine iniurias in hijs que non sunt contra sabbatū pecoris. Vel i millenario perfectio spiritualis significatur: que in impletione huius precepti cōdītur. Et cum millenarius sit numerus perfectionis in tribus millenarijs notat̄ q̄ in tribus cōtendas in iudicio sustine potius vt auferat tibi ⁊ volūtate q̄ significat̄ ꝓ alia duo milia. vbi chrisō. Ut des supabundantiā philosophie cumulus sapientie. Postq̄ nūmirū desideris maxillā ⁊ tunicam ⁊ vestimentum et si nudo inquit corpore tuo vt voluerit inimicus ad iniurias ⁊ labores nec siquidē illū opꝰ phibere. Vult enim oia nos possidere cōiter ⁊ pecunias: ⁊ cū ⁊ corpa nō cum indigentibus solū: verumetiā cū iniuriam facientibus. Unū enim mie ē alterū ꝏ patiētie. Et iterū. Ad oē deuotionis opus ꝓpigros nos eē p̄cipit dūs ac paratos. Bonū enim ūm vult nō tam necessitatis esse q̄ proprie voluntatis: vt dū amplius ex nobis facimus q̄ ab alijs postulamur maioris mercedis gratiam consequamur. Intergre enim charitatis ac perfecte deuotionis officium est plus sponte prestare quaꝝ poteris. Hec Chri. Ubi ſz Aug. monet nō tā vt pedibus agas quam vt aio sis paratus. Non solum ergo tua: vt diuites altercationē sed ⁊ ipsum ꝓbe angariantū tā ope ⁊ pedibus q̄ aio ⁊ cōpassionis affectu paratus multo plus seruire q̄ precepit. Totū enim q̄ dictū est intelligendum ſz preparationem animi in casu consimili nō aūt in casu i quo ex tali pmissione nutrietur percutiens aut rapiens vel angarians seu alias offendēs i sua malitia ⁊ iniquitate. Immo in tali casu sustinere non esset bonum: nisi ꝓpter scandalum: vt aliquod maius malum euitandum. Tā restāte. Augu. cui licentia iniquitatis eripiē vtiliter vt cit: q̄ſi nihil est infelicius infelicitate peccanti quam qua penalis nutrit impunitas ⁊ mala voluntas velut hostis interior roborat. ¶ Ut aūt dicit idem Augu. in hijs trium exemplorum nullū iniuriarum est preterminisum. Tā oia in quibus genus iniurie est pretermissum. Tā oia in quibus improbitatē aliquā patimur: i duo genera

Religiosis an repetāt ablata.

Angaria.

Mille passus iter sabbati.

Chrisō. Supabundātia in p̄fectionis.

August. Patiētia sine nutrimēto alie ne iniquitatis habēda

Beda.

August.

diuidunt: quo alterius est quod restitui non potest in quo vindicte solatiū timidus animus querere solet qui talia fomēta desiderat: sic sanat: et firmat misericorditer pferēda alterius infirmitate iudicat: neq; hic vindicta ad correctionem prohibet: vt et supra dixi. Alter enim iniuria genus est quod in integrū restitui potest: cui tamen due species vna ad pecuniā: altera ad opam pinet. Exēplū primi de percussa maxilla. Scōi de tunica et vestimento. tertij de angaria passuū. Quod in corpe Iesum est nō restituit: i integrū: reddi vestimentum potest: et ad iuuari opa potest: si opus fuerit. In his ergo omnibus generibus iniuriarū dñs docet patientissimum et misericordissimum: et ad plura perferēda parātissimam aiam xpianorum esse oportere propter spem retributionis eterne. Sed qui parum est non nocere nisi et pter bñficium quātum poterit consequenter adiungit dñs. et dicit. [Omni petenti te tribue.] Quasi diceret. Ita debes esse patiens in aduersis proprijs: sed et compatiens alienis. Non dicit quid tribuendum: quia non semper res est dandā: semper tū dandum est saltem bonum responsum. Qui ergo i necessitate sua petit a te rem corporalē vl spiralem da ei donum vel verbum. Si enim rōnabiliter petit retribuendū est donus quod petit vel de pcepto cū in extrema necessitate positus omnino indiget dare: quod possis: vel de consilio cum petens aliter transire pōt: hoc est eleemosyna corporalis. Et si deest tibi facultas: da effectum et bonam voluntatem: bonum responsum et oronem. Si aut irrationabiliter petit: dandum est verbum docēdo eum de irrōnabilitate sue petitionis et de cā iuste negationis: vt non eum inanem dimittas. et hec doctrina est pars et opus iustitie et eleemosyna spialis. Et si iste nō accipit id quod petit: melius tū. s. correctionem accipit. Ita [omni petenti te dabis] Quis non semper id quod petit dabis. Uū [omni petenti] inquit nō oia petenti: vt dese quod dare honeste et iuste potes. vnde Ambro. Nō minus est criminis habenti tollere q̄ cū possis et abundans sis indigētibus denegare. Et esuri entis panis est quem tu detines: viduarum indumentum quod tu recludis: miserorū redemptio et absolutio est pecunia quam tu in terra fodis. Tot ergo bona scias te inuadere: quot bona posses prestare. Qz vt dicit Chrisō. Diuitie nre non sunt: sed dei. omnes enim dispēsatores diuitiarum suarum nos voluit esse: non dños. Da ergo et tribue non vende. Uēdit qui multas preces expectat: vēdit q̄ bñficiū procrastinat: vendit q̄ pauperi properat: vēdit qui tristi vultu donat: vendit qui vicissitudinem expectat. pauper tū et nihil habens non tenet ad donum muneris b manus: sed ad donum cōpassionis a corde: psolatiōis in ore: subuēntionis in ope tenet pro loco et tpe. Uū glo. Si deest facultas: da obsequium: vel affectum: vel verbum. Hec sunt illa quatuor que obtulit magdalena xpo. s. lachrymas compassionis: capillos subuēntionis: osculum obsecutiōis vnguentum consolationis. Et eodem modo et tenet ligēdū est quod subdit. Et volenti mutuari. i. mutuum accipere a te ne auertaris ab eo. s. nō mutuādo: vel mutuum differendo vel diminuendo Mutua sibi si petit rōnabiliter: vel rōnē redde si petit irrationabiliter. Da mutuum hylariter. hylarē enim datorē diligit deus: et charitate pauperi nihil inde sperans vel recipiens vltra sortem nec seruitutis: nec quodcunq; cōmodū: ita q̄ p

B Largitas petenti exhibenda.

Restaffer aut doctrina est danda.

Ambr. indigenti denegare.

Chrisō. Diuitie dei sunt.

Vēdit qui preces queruit.

Quatuor dāda.

Mutuandus est gratis.

2. Eccl. 9.

pter istam spē nō dz mutuū fieri: is a deo possit inde merces sperari. Si mia te non auertas. nec in hoie spem mercedis figas: sed in deo qui cum multo fenore tibi reddet: quod illo iubente facis, vū Aug. Nec proprerea volūtate alienes ab eo qui petit quasi nihil recepturus a deo cū res q̄ dat mutuo ille qui accepit exoluat. et cū id ex pcepto dei facis: apud illum qui hec iubet ifructuosum esse nō pōt. Hec Aug. Dices ergo o petēti te tribue: et volēti mutuū ne auertaris: quo gña bñficij cōplectit: vel cū beniuole damus vl cū redditurō cōmodamus et vtrq; parati et esse debemus. In vtroq; enim gñe elemosynę datur: scz et mutuo tenemur omni petēti egenti iubuenire etiam inimico si perfecti sumus: si imperfecti nō nisi in summa necessitate esse videmur? vnde Chrisō. Si mia postulamur quid possumus largiamur: vt ipsi id quod a deo petimus pcedēte merito facilius impetrare possimus. Ceterum si eos qui nos petunt despiciamus: qua fiducia deum nobis quod petimus prestare credimus? Iubemur enim per omnia religionem pietatis ac fidei custodire: vt necessitatem tribulationis alterius quasi propriam compuremus et nec pluris facultatem q̄ fratrem faciamus: expectantes mercedē retributionis eterne. Hec Chrisō. Et non solum de elemosynis hoc intelligendus est. sed et de pecunia que nunq; deficit. i. de sapiētia et doctrina: atque non est petenti denegandā: quoniam auarum dedignatur possessorem et in alios translata crescit: et magis ditat auctorem. Ergo petenti eam pro deo distribuas et volenti eam mutuari a te: vt alios doceat ne auertaris: quod alios preter te docebit: tibi reddet a deo cum fenore multo. Utraq; ergo pecunia scilicet corporalis et spialis est cōmodandā: sed materialis sine vsura: spiritualis cum vsura. ¶ Deinde sequitur. [Et qui aufert tibi que tua sunt] siue pecuniā: siue rem aliam [ne repetas] scilicet in iudicio: ac cum lite et contentione. Non enim licet alicui rem in iudicio repetere turbato animo et ira et commotione: ac per inordinatū affectū vindicte potius q̄ ad emendam delinquētis: vel exauaritia qua magis vult cum iactura primi bene se habere. Et quod docuit dñs iniuriam inferentibus non esse resistendum: sed plura perferenda esse parati: pur docet iniuriam inferentibus impendendum esse charitatis effectū simul et affectū. Qz enim opa iustitie ifructuosa sunt sine charitate. ideo addit de charitatis pfectione et dat intellectum pcepti de dilectione primi: in quo errabant iudei. Et hoc enim q̄ preceptum est in lege. Diliges proximum tuum sicut reipsum: et iterum ibidem dz. diligēs amicū tuū: arguebāt a contrario sensu q̄ debebant odire inimicū: sed hoc est falsum: quia ois hō ex charitate diligend? est inquantū ad imaginem dei est: et capax ipsius per cognitionem et amorem. Dicit ergo Audistis quia dictū est in lege. Dilige proximum tuum et affectu sic ligat oēs: et effectu sic liga t perfectos. p loco et tempore: et oderis inimicus tuū: sed hoc vltimū non est scriptū in lege: sed est traditio scribarum qui hoc addebant et ex alijs scriptis ibidem: vt dictū est colligebant. Vel si alicubi scriptum dicatur: tunc sm Aug. Non vox iubentis iusto accipienda est: sed permittentis infirmo: ego autem dico vobis. Diligite scz affectu inimicos vestros: quia oēs scz non vitia: naturam non culpam. Quia sm Aug. Sic diligēdi

Chrisō.

Sapiēcia.

Signa dilectionis gñalia.

Matth. 6. Dilectionis lex.

Aug. Audistis.

Aug. Diligite inimicos.

k

sunt hoies vt eos: non diligant errores. Diligere debemus inimicos: bona gratie et glorie eis optando: quib? homo non pōt vti malestalia vero bona scz nature vel fortune non sunt eis optanda: nisi quadam gñalitate inquantū valet ad salutem eorum quod soli deo est notū: quia talib? bonis pōt hō bene vti vel male: et ō circa hec nō est aliquid petendū determinate. ¶ Et nota quod diligere amicū est magis debitum: et nō excludit dñs a dilectione amicos mercedē: sed inuit minorem: quia ceteris paribus dilectio inimicorum est magis meritoria q̄ amicorū: qz difficilior et cū maiori conatu bone volūtatis: quia purior et ex motu gratie nō nature inclinātis: quia liberalior nō ex debito meriti pcedentis. Et quia nō sufficit diligere corde: nisi dilectio pbeat operis exhibitione ad minus loco et tpe sub dit benefacite: scz effectu his qui oderūt vos: que spectāt ad eorū salutē eam mō debito et possibili pcurando: quia bñfacere est dilectionis effectus et exhibitio. Et ō sicut tenemur diligere inimicos quantum ad bona gratie et glorie ita tenemur in effectu salutem eorum procurare. Inimicus ergo quo ad naturam qua est primus de necessitate pcepti est generali dilectione diligend? qz dicit diligēs primum tuū: sed dilectione spāliter q̄s moueatur ad diligendū inimicū nō est pcepti sed perfectionis. Non enim est preceptū ad omēs spāliter afficiendū: quia nec hoc est possibile: et ō nec est preceptū spāliter affici ad inimicū: sed gñaliter inquātū est homo proximus. Et quia exteriora beneficia pportionant interiori dilectioni: signa generalis dilectionis: vt aliquod bonum facere toti cōitati: vel orare pro toto populo in communi nisi ista exhibere inimicis cum ab q̄s que sunt generaliter exhibenda non debeant excludi: et de necessitate preceptī: quia si ab his inrēderet homo eos excludere: etiam generaliter dilectio non ferretur: immo magis odium ostenderetur. Et quia ex rēpe extreme necessitatis obligat hō omni homini in tali necessitate existenti: ō etiā inimico (nisi ex hoc deterior fieret et fidem impugnaret) debet in tali necessitate bñficium exhiberi beneficia vero q̄ sunt signa dilectionis specialis non tenetur inimico exhibere extra casum necessitatis: sed hoc est perfectionis. Dilectio ergo alia interior: alia exterior. Dilectiōe interiori et perfectione sufficiente: quilibet etiam imperfectus tenetur quēlibet etiam inimicū diligere. Dilectione autem exteriori id est beneficij exhibitione et perfectione supererogationis tenetur tantum perfectus hoc facere: imperfectus et tenet inimico rāconē odij dimittere et bonum optare: siue petierit veniā siue non: et si petierit veniā tenetur ei colloqui et dicere aue: si non tenet beneficia tpalia ministrare. Perfect? autē tenet etiam presidia tpalia conferre et necessaria ministrare: siue ab eo veniā petierit siue non. Qz si inimicū a cōione nra separamus: eo ipso ei bñfacim? et dū hoc fine faciam?: vt eū ab errore reuocem?. vū glo. Bñfacite ministrādo cibum mētis. i. instructionē vel correctionēs corpis oia enim in ecclesia etiā excōicatio eo spectāt vt fres et amici fiāt. Et qz est quoddā bñficium ad salutem pertinens quod a quolibet quantuncunq; paupere potest exhiberi. s. orare pro aiarum salute: ideo subiungit [Benedicite]. s. bona gratie et glorie imprecando [maledicentibus vobis] retro trahendo vel aperte blasphemando [et

orate] dicta bona optando: et desi deprecando [persequentibus et calūniātibus vos] falsum crimen vobis imponēdo. Huius exēplū dedit dñs in cruce suspēsus. et Stephanus lapidatus: et dauid a semei maledictus. ¶ Ubi nota q̄ triplex est iniuria: scz cordis que rāco: vel odiū dicitur: oris que detractio vel maledictio operis. s. lesio manualis. Ideo igitur generibus tria dominus apponit remedia: cōtra primum [diligite inimicos vestros] contra scōm [benedicite maledicentibus vobis et orate pro persequentib?] et calūniātibus vos] cōtra tertiū [benedicite his q̄ oderūt vos.] vū glo. Contra ecclesiā trib? modis pugnatur odio: verbis: et cruciatu corporis ecōtra ecclesia diligit: orat et benefacit. Si ergo volum? esse pfecti debemus iniuriantibus nobis beneficium dare cordis ipsos diligendo: beneficiū oris pro eis orando: et beneficium operis ipsis bñfaciendo. Et qz magnū dedit pceptum pclarū subdit premiū. Ita i quit diligite: bñfacite: et orate p inimicis vestris [vt sitis filij patris vestri] altissimi [qui in celis est] filij inq̄ per bonitatis imitationem: per gre adoptionē: per educationem: per hereditatis adeptionē. Ut sicut estis filij dei per naturā et creationē: sic etiā sitis filij eius per gratiā et imitationē in eo q̄ est ei proprium. Proprium est ei misereri et esse bñficium. Uū Beda. Nulla maior potest esse merces q̄ filios hois rerum regendis effici filios altissimi qui in celis ē. Nos enim ptāte accepta efficimur filij dei. inquātum ea que ab eo precipiunt implem?. Et subiungit. Qui solem suum facit oriri super bonos et malos: et pluit super iustos et iniustos: ac gratos et ingratos. Et non solū amicis: sed etiam inimicis benefacit. Sic enim inimicos nutrit vt amicos ac bonos et illos sui solis splendore illuminat: et suarum pluuiarū inundatione fecundat et bñficia cōia nō substrahit: etiā malis hōibus qui tū ei inquātū in eis est inimicant: sed pro sua mia indiscrete omnib? vite pūtis beneficia largitur. vbi Hieron. Noli negare quod de? nulli negat quātuis sit blasphem? et impius. Sine distinctione omnibus tribuamus nō querentes cui: sed q̄ re demus. Ut autem dictum est supra: orate generaliter pro inimicis et eis benedicite: pro quanto in generalitate populi includunt est pceptū sicut quod in generali dilectione diligant: sed in speciali ista facere non est preceptum: sed perfectionis. ¶ Et sciendum q̄ chrysō. ponit nouem gradus sm accessum ad perfectionem mandati huius. Unde ait. Uidisti nempe quātis ad perfectionē gradibus ascendit: et quēadmodum nos in ipsum veritatis cacumen statuit: et paulatim in ipsum celum reducit. Primus gradus est: nequaq̄ ad ledendū proximum venire. Secundus vt nō amplius referat quam quod a ledēte sustinuit. Tertius ne lesus faciat illa q̄ passus est: sed quiescat. Quartus vt etiam pbeat seipsum ad iniuriam sustinendā. Quintus vt etiā ad maiora se prebeat q̄ vult esse qui fecit. Sextus nō odisse eum a quo ista pertulit. Septimus etiam diligere ledentē. Octauus beneficijs eū liberāter afficere. Non? etiā desi p aduersario deprecari perpetisti celsitudinē pbie: et idcirco tā claro digna est premio quia tā magno est subiecta precepto. Nā et premium illi tale pponit quale pro rum oino nulli vt scz fierent similes dei: pur tū hominibus id esse possibile est. Igitur beneficiandum est oibus: qz vt dicit Sene. Nemo non

Blossa.

Bñficiū triplex pfectorum.

Beda.

Hier. ny.

Ad Chrysosto. Brad? nouem ad perfectionem.

Seneca p desse oib?.

non cum alteri pdest sibi prosuit q; ño pfectio dilectionis vltra dilectionem inimicorum non potest procedere: ñó postq; precepit inimicos diligere: consequêter subiungit. Estote ergo vos perfecti sicut et pater celestis pfectus est: quc ẽ ler amoris cõseruãdo: vt queratis etiã inimicis pdesse quod deũ facere manifestum est qui bñficis largit etiã malis hominibus: sic qõ ppter eorum malitiam non deserit benefacientiã circa ipsos: ita nec vos circa inimicos. Nã fs chry. sicut filij carnales similant pres in aliquo corporis signo: ita filij spirituales deũ i sanctitate nihil nos deo ita assimilat sicut iiusta faciẽtib⁹ ignoscere: et pro eis orare. Et arguit hoc exemplo publicanorum et infideliũ q̃ suos amicos diligũt et eis bñfaciunt. Si ergo supra ipsos mercedem beatitudinis volumus habere debemus plus ppter deũ facere: dilectionẽ etiã ad inimicos extendendo. Si enim diligitis inquit tãtuz eos qui vos diligunt quam mercedem habebitis: hac fcs de causa a deo in eterna vita. Quasi diceret de his ei dici potest: recepistis mercedẽ vestram. Talis namq; dilectio est naturalis: et non procedit de charitate que se extendit ad omnes hoies: et iõ nõ est meritoria. Sed tñ hec oportet facere: et illa non omittere. Diligere enim diligentes est nature: diligere non diligentes ẽ gratie: non diligere diligentes est imperfectionis humane. Et si salutaueritis fratres vestros tantũ qui aliqua affinitate iunci i sunt vobis. i. salutem eis optaueritis: ac charitatis et dilectionis affectũ eis ostenderitis: quid amplius s. quantũ ad perfectionẽ facietis. Et si benefeceritis tñ his qui vobis benefaciunt quod est debiti naturalis ex accepto beneficio: q̃ vobis est gratia. i. qõ meritũ gratie apud deum. Quasi diceret nullũ. Sic publicani et ethnici. i. peccatores et gentiles hoc faciũt: publicani qui publica vectigalia exigunt: a publio rege romanorũ nomẽ traxisse ñm. Ethnici vero ab ethnos grece: quod gens latine est vocantur: qui tales sunt vt fuerunt geniti. s. sub peccata. [Et si mutuum dederitis his a quibus spatis recipere: que gratis vobis]. s. apud deum: quasi diceret nulla. Nam vt dicit glos. ex hoc solo quod speratis recipere nõ pro deo datis. Unde de talibus diei potest: receperunt mercedẽ suam: q; spe retributionis humane mutuant: [Nam et peccatores [qui gr'am dei non habent: pctõribus fenerantur. i. mutuũ dãt: vt equalia non vltra fortẽ recipiãt. Ex quo pater q̃ plusq̃ peccatores sunt qui mutuant vt cum vsura recipiant. Quasi diceret sm Bedam. Si tales inter se natura duce norsit eã bñfici q̃ to vobis gradus pfessionis eximior necesse est vt cura virtutis sit vberior quatenus etiam nõ amantes charitatis sinu amplectamini. Unde Chryso. Qñ igitur vigni supplicio sumus: q̃ cuz ad similitudinem dei vitaz nostrã informare iube mur: forsitan ne gentibus quidã inueniamur equales. Et iterum. Sed si nos in his nec publicanis: nec gẽtilibus meliores efficimur nonne lugendi et plangendi sumus. Quinimmo intantum longe sumus a diligendis inimicis: vt nec amic⁹ qui dẽ charitatis vicẽ reddam⁹: fs econtrario odia habeam⁹ etiã diligentes: in quo nõ solum gentilibus et publicanis nequaquaz differimus fs multo etiã inferiores existim⁹ ꝓs etiam non solũ vult nos ignoscere oclunquentibus: sed etiã amemus eos et orem⁹ p ipsis. Naz si tñ modo nõ ledas eũ qui te lesit: auertis te tñ ab eo nec libenter eũ videas: nec manet sine vulnere in pectore: et dolor augescit in corde. Nunquid tu ira vis tibi: porpitiũ fieri deũ: vt nõ te quidẽ ledat: auertat: se tñ abstet: et pctõrũ tuorum memoriã teneat: et videre te nolit? Igitur qualẽ vis erga te eẽ deũ cũ delictorũ tuorũ pofcis: talẽ te exhibere debes his q̃ deliquerũt i te hec Chry. Intellige q̃ qñ ista fiũt ex naturali affectione: que põt procedere ex cã vtili aut delectabili: ex causa honesta: et per habitũ mozalis amicitie: sic non sunt meritoria vite eterne. Sz quando ista pcedũt ex habitu charitatis: tunc sunt meritoria: ac principium et ratio merẽdi ad deũ: que sola diuidit inter filios regni et perditionis. Diligere enim propter amorẽ reciprocũ naturre est debitũ. Diligere ppter beneficiũ acceptũ vel speratũ est mercẽnarium: diligere ppt mutue familiaritatis oblectamentũ: est malũ. Diligere ppter pctũ ꝓsensum: est malignũ. Diligere ppter opus bonũ: est gratuitũ. Qui enim diligit proximum aut q; bon⁹ est: aut vt bonus fit: aut q; eiusdẽ corporis mẽbza et eiusdẽ patris filij sumus: vere diligere dr: talis enim amor spñalis ẽ et ideo indeficiẽs: carnalis enim amor cito dilabit sicut et ipsa caro quali videlicet amore publicani et ethnici se inuicẽ diligunt in quib⁹ est natura sine gratia et tñ diligentes se diligunt: statiz enim vt se ab alijs non diligi intelligũt ipsi quoq; alios non diligunt. Nos ergo oẽs diligere oiz salutẽ querere oibus benefacere et charitatis affectum ostendere debemus non querẽtes cui: sed quare ista faciamus. Sic enim augeẽ amor et concordia crescit. Ista itaq; debẽt fieri: non in spe retributionis humane sed diuine. Sicut enim deus est omnis boni principium: sic vult esse et finis. Ego sum inquit alpha et o: principium et finis. Unde Augustinus. Qui amicum propter omodum quodlibet amat: non amicũ cõiuncit amare: sed cõmodũ. Et ideo deus quo nihil est maior aut melius ppter quod diligat propter seipsuz perfecte diligit. Si vero saltẽ ppter illa que pstat amat: non vtiq; gratis amat: q; iã illud propter quod diligitur ei (q̃ dictu quoq; nefas ẽ) anteferitur. Et iterũ. Gratis de⁹ ameturi vt operis quo illi ministrat pretium sit esse cum illo. Nihil enim debem⁹ pro amore Jesu quereremisi eius suauẽ presentiã. hec Augu. Unde Bernar. Non sine premio diligit deus: et si absq; ꝓmij intuitu sit diligendus. Verus amator premiũ non querit: sed meretur. Hec Bernar. Amem⁹ ergo aduersarios nostros: et nihilominus eis bñficiẽstemus: vt sim⁹ perfecti pro modulo nostro perfectione gratie: sicut et pater noster celestis perfectus est perfectione nature: quoniaz perfect⁹ dominus bonos et pfectos vult habere fideles. Simus interim perfecti saltem perfectione sufficiẽtie: que est in dei et primi charitate: et nitamur ad cumulum perfectionis super erogationis que est diligere inimicos: et orare pro eis: sicut fecit ꝓs. Unde Chryso. Nõ tãtũ ledimur ab iniquis quãdo nocemur ab ipsis: quantũ cũ per malitiam eorum constantia bonitatis a suo proposito victa recesserit. Ne igitur odio habeas fa cientẽ tibi mala et ne maledicas vexantiẽ: fs magis ama quasi multorum tibi conciliatorem bonorum: teq; ad amplissimum honorem ledendo ducentem: alioquin et laborem sustinuisti: fructu

Filios et similes dei fiunt premium.

Chrysosto.

Publica

Ethnici.

Glossa.

Beda.

Chrysosto.

Publicanis et ethnicis ꝓstare debemus.

Auerti hibenda.

Dilectio ad vitam eternam desi.

Dilectio multiplex.

Deus ad se gratis.

Bernard. Pater nõ sine mandoꝑ rerum.

Chrysosto. O.

Bonosi inimicis nobis conciliatur.

tu esset priuatus es: et iacturam quidem feres: mercedem aũt perdes. Qõ certe extreme omnino dementie est: vt aliqui cum maiora perpessi sunt nequaquam minora sustineant. Et quemadmodum inquies fieri ista possibile est. Vidisti deũ hoiem factum: et conuiq; pro tua descendẽtem salute tantaq; propter te esse perpessum: et adhuc inquiris aut dubitas: quemadmodũ possibile sit iniurias donare conseruis. Sed tu plurimum omnino lesus es. Verum quid tale perpessus es: quale tuus omnino omnium domin⁹? Si nantẽ omnino nimis lesus es: ideo circo maxime bñficium refert nocenti vt e tibi ꝓsit clariorẽ facias coronã et fratrẽ a periculo grauissimi languoris absolutas. hec Chryso. ¶ Oratio.

Possibilitas amandi inimici exemplum est xps.

Dominie iesu christe mitissime totius humilitatis et patientie magister da mihi sermonum tuorum vltimo et simplici: vt me humilem et alijs inferiorẽ constituens ab omnibus contemni cupiam et conculcari: iniuriamq; in corpore vel rebus patienter sustinens animuz paratum ad plura sustinenda habeam: ac omni pctenti in corporalibus et spiritualibus pro posse subueniam. Concede etiam vt non soluz amicos: sed et inimicos me corde: ore: vel opere: persequentes ecõtra valeam diligere eisq; benefacere et benedicere: ac pro eis orare: vt inter filios et electos tuos merear tua gratia numerari. Amen.

¶ De laude hũana in bonis operibus non querenda. Cap. xxxvi.

Z Mat. 6.

Post hec magne perfectionis ꝓba docet ne de bonis operibus maniter gloriemur: q; valde difficile est vt in eis vana glia totaliter euitet. vñ ait [Attendite] id est diligẽter cõsiderate et arrẽti aut cauti estote. s. cõtra insidias superbie: q; ẽt bonis operibus insidiat: vt faciat ea perire [ne iustitiam vestram]. Lopa iustitie. s. opera bona de genere q̃cunq; fuerint illa: q; omnia ꝓtinẽt sub iustitia generaliter dicta] faciatis coram hoibus] eo. r. fine vt videamini ab eis: id est propter laudes humanã et fauorẽ mundi non ppter gliam dei: nec ppter edificationem primi alioquin mercedẽ nõ habebitis apũ deũ cuius amore non fecistis. Ille enim debet mercedẽ dare cuius mãdato moꝑ netur operarius vel amore. Nisi ergo deus sin gulariter sit in cã non operis mercedem: sz fallacie suppliciũ apud deum habebunt: q; hic ab humano ore mercedem. s. leuem auram fauoris recipere voluerunt. ab his tamen diuitarat acceperunt a quibus eam concupierunt. Et q̃ enim intentio fertur ad hoies tñ: non est aliquid a deo iuste expectandum: quia non virtuz: sed cã virtutis mercedem habet apud deum. Hoc igit deputatur eis pro mercede cui⁹ amore fecerũt. scilicet laus humana quam quesierunt. Et non solum vera mercede ob praua intentionem euacuatur: sed et nihilominus pro inani gloria que siue precedat opus siue sequatur: semper mortale peccatum est penam eternam merentur. Mi nuitur etiam probitas conscientie ex fame mercede. vnde Boe. Minuit se probitatis conscientie secretum quotiẽs ostendendo quis fructum recipit fame ꝑcium. Et ideo vt idem Boetius dr. Sapiens bonum suũ non populari rumore: sed

Mercedes vnde petas

Gloria in malum Boetius.

Chrisso.

Bona opera palã fiãt ad laudem dei

Brego.

B

Eelemosyna ieiuniũ et oratio.

Sinistra.

Dextra.

In abscondito facere

pscientie ñitate metiẽ. Et pscidera q̃ vt ait Chryso. Nõ solũ non ostẽdi iubertiz et studere latere. Neque essẽ est equale nõ studere appareret: et studere latere. Per hoc tñ nõ ꝓhibent opa bona fieri coram hoibus ad dei gliam et proximi edificationẽ: q; hoc est bonũ et meritoriũ apud deũ. Sz vt dixit Brego. Valde perfectoz est sic ouso opere gliam cuitabitas quereret: vt de illata laude nesciat primata exultatione gaudere: quaz infirmi q; perfecte contẽnendo non superant restat: necesse est vt bonum q̃ operantur abscondãt. ¶ Deinde postq̃ generaliter iustitiã nominauit: nũc pseqnenter per partes exequitur et specialiter prohibet in elemosyna et oratione: ac in omnibus vanã gliaz quer: q; hec tria ꝑcipue pseuent inanis glia comitari. hec sunt tria sctificationis opera. s. elemosyna cõtra pctñ in proximũ. ofo ecõtra pctñ in deũ: ieiuniũ cõtra pctñ in semetipsum. Hec ẽt tria valent ptra tres radices pctõrũ. s. cõtraria mala que in mundo sunt. Elemosyna enim est iustitia contra concupiscentiam oculorum: ofo cõtra superbiã vite: ieiuniũ ꝑ concupiscentiã carnis. Sit ergo [cũ facis elemosynã] corporalem. s. vel spiritualem [noli ante te tuba cane: sicut faciũt hypocrite. i. noli eam facere: et ma infestatione et velle innotescere vt glorieris in laude tua: sicut ille apertũ dat signũ q̃ canit tuba. Nõ est ingrata deo elemosyna que vt: fs que ideo vt videat: Et q; tales ꝑcipaliter intendũt honorẽ vanũ et transitoriũ: iõ amittunt veraz et eternum. vñ sequit. [Amen dico vobis recepe runt mercedẽ suã]. s. gloriã hũanam quã querebãt p dono elemosyne: sed pena expectat p mala intentione. Ita ergo faciunt hypocrite. [Te aũt faciente elemosynã] qõ est opus de gñe bonozũ [nesciat sinistra tua] et intẽtio puerũ quid faciat dextera tua: et intẽtio sancta. Sinistra est appetitio et delectatio laudis humane vel commodi terreni. Dextera aũt intẽtio implendi precepta diuina seu amor dei et celestis ꝓmij. Est ergo sensus nõ se immisceat intẽtio alicuius pratitatis: vñ ꝑcepta dei implere satagis. Et exponit qõ dixit nesciat. illud enim nescit qõ in abscõdito est: et iõ dr [vt sit elemosyna tua in abscõdito]. est. s. fin rõnem intentionis: et si nõ fin rationem opationis. Sit in abscondito et secreto mẽtis. i. in ipsa bona conscientia: que humanis demonstrari non potest oculis. Sufficit tibi ad merendum ꝓmium: qui solus conscientie inspector est: et hoc est quod subditur. [Et pater tuus] scilicet Deus qui est pater omniũ per creationem et iustorum per gratie adoptionem [qui videt in abscondito] quia ipse solus videt intentionem cordium [reddet tibi] quia retribuet bonis secundum intentionem cordis hominibus absconditam et occultam: et si non in pãti tñ in futuro. Non ergo si hec sciant homines formidãdus est: sed si hoc animo fiant: vt fructus placendi hominibus in eis expectet: et laus humana admisceatur. In omni enis ope nostro nescit sinistra quid facit dextera: si non amore laudis humane: sed amore dei et iustitie id agam⁹. Et iõ siue in synagogis: siue in vicis et plateis elemosyna vel aliud opus bonuz quis faciat in abscõdito tamen facit quicunque hoc faciens non ab hominibus: sed a deo videri desiderat. Econtra vero qui in absconditto facit videri et cupiẽs laudem ex hoc et gloriam querit non in absconditto quidem facit: qñ. i. abscondituin non vult esse q̃

In abscondito facere

Chrisos. facit: trifiq; ei valet ac si i publico fieret. vñ Chrisos. Nõ ergo aliquis coram hoibus elemosynã faceret: nec tñ ad hoc faceret: vt eã hoim oculis ostenderet: aliquis non coram hoibus faciẽs: eo tñ alio facere vt se id faciẽtẽ optet videri. Propter qõ nõ factũ ipm: is volũtatẽ aut coronat aut punit nec sini ogis: is volũtati operãtis mercedẽ dam nam ve decernit. Nõ igit tñmõ dedisse elemosynã: sed quãdãmodũ ops dedisse ẋtutis ẽ. Hec Chrisos. Similiter in ofone docet fugere vanaz gloriã: vt nõ ozes in publico ad manifestationẽ vt videaris ab hoibus sicut faciũt hypocrite q̃ vt dicit Chri. non intendunt exaudiri: is videri. Et qz intentionẽ haent puersam. nõ dãnosaz subdit sequelã [qz recepẽt mercedẽ suã] sez laudẽ transitoriã: is tandẽ recipiẽt pena eternã. Argumentũ habes ex hoc q̃ cũ vana glia sit mortale pctũ tõ omne opus ex vana glia factũ est mortale reputandũ: qz pro eo pena infligit eterna. Ita ergo faciunt hypocite. [Tu aũt cũ oraueris intra in cubiculũ tuũ]. i. in locũ secretũ [z clauso ostio] ne veniat multitudo impediens eleuationẽ mentis: z auertens te a proposito [ora patrem tuum] celestem [in abscondito.] Et est sensus ꝑm Remi. Sufficiat tibi vt ille solus noueritꝛ tuã oratiõẽ: qui oĩs corda nouit occulta: qz ipse qui est inspector erit exauditor. [Et pater tuus] cuius honorem debes intendere [qui videt in abscondito reddet tibi] fructum orationis in aperto ꝑm Chrisos. qui sic orat secreto vt ab hominibus absconse orare videatur: non deum aspicit: sed hoies. z tõ ẋtum ad propositũ suũ in synagoga orat: ac etiam si vnpliciter laudatur: et qz orat z qz abscõse orat. Cuius aũt orãtis mẽs solum aspicit deum q̃ huis in synagoga oret tamẽ apud se in secreto videt orare. Orãs ergo nihil nouum faciat qõ aspiciant hoies vel clamãdo: vel pectus percutiendo: vl manus expandẽdo. Hec Chrisos. Ubi sciendũ q̃ duplex ẽ ofo quedã publica que fit a ministris ecclesie: z ista nõ debet fieri in occulto: sed magis in publico z in ecclesia coram populo: qz pro tota offertur communitate: z populus in hoc conformare se debz ministris ecclesie ipsum deum deprecando ꝑm modum, congruz z sibi possibilem. Alia est oratio priuata: z talis magis debet fieri in secreto duplici de cã. vna est qz oratio, est eleuatio mentis in deum: mens autem citius z melius eleuaturin deũ qũ homo est i secreto loco z a tumultu separatus. alia est ad eleuationem vane glorie que de faciũ insurgit i publico. Orare itaq; volentibus salubre dat xps consilium: vt intrẽt in cubiculum. i. cordis secretũ: z claudat ostiuz i. carnales sensus p quos exterioza improbe se ingerunt z turbe fantasmatuz orantibus obstrepunt: vt sic etiaz clauso ostio mentis z cubiculo aĩe viriũ oratio spiritalis fiat i intimis cordis z inde dirigat ad deum feruentius vbi orat pater in abscondito: qz abscondituꝛ z cubiculum est secreta cordis intentio. Quãtũ ẽm homo cõtemnit qõ est extra se: rm pot se recolligere intra se: z ẋtum re recolligit i tra se tñ pot supra se ad ofonem z dei contemplationem ascẽdere. Deinde circa ofonem excludit gentilium erroꝛ quẽ rem ꝓi. [Orantes aũt nolite multuz loqui sicut faciũt Ethynicũ putãt in multiloquio: z alt loqo ac fiuauiloqo suo exaudiri: z q̃ ipsi i ta verbis fletere queant deũ sicut oratoꝛ iudicẽ. [Scit ẽm pr̃ vester celestis: quid opus sit vobis ante q̃ petatis eũ] qz audit ꝑ apparitionem cordis singulorum. hoc addit ad excludendũ istoꝛ gentilium falsum intellectũ ꝑm quẽ aliquid deo notificat de nouo qz oĩa facit ab eterno. Nõ ꝓhibet dñs i ofone multiplicationẽ verboꝛ simpliciter z absoluteiqz z ipse pernoctauit in ofone z factus i agonia prolixius orabat: sed ꝓhibet ne multiloquio vtamur in ofone eo fine z ea intentione q̃ bus vtebant gẽtiles ydolatre: qui triplici de cã vtebant vocali ofone in multiloquio facta. Primo qz orabãt demones qui nesciret quid illi peterent nisi verbis z signo exteriozi instructi essent: secreta ẽm cordis hũani penetrare nõ valẽt. Scõa z qz putabãt demõibus quasi hoibus verbis psuasibilibus z multis persuadendũ esset: sic eos ad miserandũ puocari. Tertia: qz demões quos orabãt: qñq; absentes esse putabãt z q̃ per talem orationem renocari possent. Ista sunt mala: z ideo ab oratione fidelium remouenda. Similiter autẽ triplex est cã quare nos vtamur vocali oratione. Prima: vt obsequium oris fiat z corpis z operis deo impẽdamus triplex enim sacrificium deo debemus: scilicet sacrificium cordis: oris z operis. Secunda: vt ad memoriam reuocemus quod petere debemus: z ipsa vocalis oratio pigritiam nostram excitet: qz si homo semper in silẽtio orare de faculi obdormiret oblit quid peteret. Tertia: vt vocali oratione proximus instruatur z ad cõsimile opus imitetur. Vult autẽ deus vt oremus: ne qõ ab eo nobis datur vile habeamus: nec eo ipso amplius eum adoremus desideremus: z ita amplius mereamur. Nec ad eũ adorantes frustra scienti loquimur: quia ꝑm Hieronym. Non narrato res: sed rogatoꝛes sumus. aliud est enim narrare ignoranti: aliud petere scienti. vnde Chri. dicit q̃ oporteat orare: vt sez deum non doceas: is inflectas vt familiaris efficiaris i ter erpellationis frequentia: vt humilieris orando vt q̃ peccatorum tuozum tecorderis. Et notandus quod ꝑ fit multiplicari verba in oratione: vt per significationem verboꝛum deuotoꝛ animus melius eleuet in deum: z non solum mente: sed etiã corporali voce hõ eleuet in eum ꝑm illud. Coꝛ meũ z caro mea exultauerunt in deum viuum. nõ tñ pot ibi dari regula certa: is dz hõ talibus vti in ofone quantũ percipit quod faciũt ad deuotionis exercitationẽ. Si autem e contrario p̃cipiat q̃ multiplicatio verboꝛ distrahat mẽtem eius qz aliquãdo multiloquiũ oris impedit deuotionem mentis: tunc debet cessare a verbis z orare deum mentis affectibus. vñ ꝑm Aug. Qũ rogamus deum pietate opus est non verbositate aliud est sermo multus: aliud diuturnus affectus. Nã plerunq; hoc negotium plus gemitib̃ agit quam sermoĩbus: plus fletibus q̃ affatu. Hec tñ intelligenda sunt de orationibus priuatis z voluntariis: qz orationes debite z publice debent esse in verbis: vt possint percipi ab aliis Deinde docet fugere hypocrisim in ieiunio dicens [cum ieiunatis] quod expedit pro tempore [nolite fieri tristes sicut hypocrite.] Non solum prohibet fieri: sed velle: cum dicit nolite. i. voluntate est enim prima radix merendi vel demerendi. Itẽ fieri prohibet non esse: qz ꝑm Chri. Sciens dominus quod non potest esse hypocrisis qui ieiunat non dixit nolite esse tristes: sed nolite fieri. aliud enim esse: aliud fieri. Assiduum quidem ieiunium naturaliter facit esse tristem ferum.

Chrisos.

Oro hypocritarum.

Chrisos.

Oratio sanctorum.

Remig.

Orãdi modus.

Oratio duplex: publica et secreta.

Oratio breuis commẽdatur.

Nihil indicatur deo.

Oratio hypocritarum.

Oratio longa vitanda.

Oratio cur vocalis.

Job. 20. Laus hypocritarum.

Oratio cur peccatorum.

Chrisos.

Hieron.

Chrisos.

Verborum multiplicatio.

Lauare faciem.

Augustin.

Augustin.

Jeiunium hypocritarum.

Chrisos.

Chrisos. Fieri et tristem esse.

ad eā in multis parabolis: vt iuxta varias volū
tates diuerſas reciperent diſciplinas: ⁊ quaſi di
ues paterfamilias inuitatos diuerſis reficien
tes cibis; vt vnuſquiſq ſm naturam ſtomachi
ſui alimenta varia ſuſciperet. Et ſciendū ſm eū
dē Hiero. q nō oīa locut⁹ ſit eis in parabolis ſz
multa. Si eñ dixiſſet cūcta i pabolis abſq emo
limento populi receſſiſſent ⁊ ſpicina miſcet ob
ſcuris vt per ea que intelligunt pronocētur ad
eorū notitiā que non intelligūt. In his aūt qua
tuor parabolis ⁊ alijs tribus cōſequēter ſibi ſuc
cedentibus pomē occurſus eccle a predicatio
ne xpi vſq ad finē mundi. In prima parabola q
eſt de ſemine proiecto in terram cuius quarta
pars tm̄ fecit fructum denotatur p̄dicatio xpi ⁊
apoſtolorū qui predicauerunt iudeis indiſterē
ter bonis ⁊ malis: ⁊ pauci cōparatiue credide
runt: pro maiori aūt parte in infidelitate reman
ſerunt. ¶ Prima ergo eſt de ſemine ⁊ verbo dei
qd ipſe exiēs a patre qñ de inuiſibilitate patris
mundo viſibilis apparuit ſeminauit in mundo
⁊ in quatuor locis cecidit. i. in terram triplici
ter malam nec ferentē fructū: ⁊ in terram bonā
facientē fructū triplicem. Seminauit aūt plu
ra genera ſeminum. Primo ſeminauit legem na
turalem in mente cuiuslibet hoīs ſicut eſt: qd ti
bi fieri nō vis alij nō feceris: ⁊ qd tibi fieri vis
alijs feceris. Item ſeminauit p angelos reuela
tiones; per moyſen legē ſcripiam. ſ. precepta et
phibitiones: per prophetas pmiſſiones et com
minationes: ſed nūc exijt ſeminare per ſeipſum
legē euangel: cā oibus fidelibus. Non ceſſat ē
ſemp in noſtris aiabus ſeminare non ſolū cum
doceriz erā cū creat in eis ſemina bona virtu
tū. ſ. donorū [Exijt] ergo dei filius de ſinu patris
nō ſm diuinitatē: qz ſic eſt vbiq: ſed ſm huma
nitatē ⁊ carnis aſſumptionē. vñ Chri. Exijt aūt
q vbiq eſt nō localiter: ſed incarnationē p ami
cū carnis ꝓpinquior nobis factus [Exijt] in q
[qui ſeminat]. i. qui hz officium ſcietiā ⁊ gram
ſeminādi [ſeminare ſemē ſuū]. i. doctrine verbū
Seminator ergo propie xpo eſt. p̄dicator enim
potius eſt cophinus ſeminatoris q ſeminator.
[Et dum ſeminat]. i. doctrinā indifferenter ſpar
git [aliud cecidit ſecus viam]. i. ſuper cor deuiū
per errores vagum: per laſciuias attritum per
carnales affectiones ac ſuggeſtionibus demo
num ⁊ varijs tentationibus vitiorum ad modū
vie expoſitum per carnis concupiſcentias ⁊ ho
rum omnium ſeculo tranſitu ac frequenti mea
tu ſemē verbi conculcat ne germinare poſſit [⁊
volucres celi]. i. aerei. i. demones qui volucres
celi dñi: ſiue ꝓpter aeris inhabitationem: qz p
aera diſcurrunt: ſiue ꝓpter naturā celeſtem: qz
celeſtis ſiue ſpiralis nature ſunt: ſiue propter ve
locitatem ad malum: qz ad hoc ſemper intēdūt
[cōederunt illud]. i. ſua ſuggeſtione rapuerunt

Chriſo.
Beda.
Nauis ec
cleſiam ſig
nificans.
Hiero.
Turbe va
rietas.
Parabolī
ce quedam
limento
dūtaxat.
Parabola
prima.
B
Seminum
dei, genera
Chriſo.

& fructū impedierūt & sic tollūt verbū et memoriam verbi de corde: vt nec memoriat nec mens teneat bō opere exercere neglexit: vt impedito verbo impediatur fides: ne credentes saluēnt qz fides exaudita est. Hi sunt qui audiunt sed in verbi virtute nō afficiunt. Ūñ nec nasciturqz diabolus de corde eorum tollit verba: ergo dei mente retinēda sunt: sicut semē sub terra: ita verbū dei in memoria dz occultari vt fructificet: qz sm Grego. sicut de eius vita desperatur q̄ lāguente stomacho alimēta nō retinet si eterne mortis periculū formidare debet q̄ verba vite. i. alimenta iustitie in memoria nō tenet. [Aliud cecidit supra petrā]. i. supra cor petrosum & durū ac rebelle & pterita per superbiam [& natū [statim sole & feruore tentationis orto [arut] & vigorem fidei pdidit: [qz non habebat profunditatē terre]. i. stabilitatem patientie] et humorem] devotionis & gratie. Hi sunt qui audiunt & aliquo modo afficiuntur sed non proponunt facere qd dicitur. vnde non radicatur in eis verbū per bonū propositum. In cordibus eñt diuris quando q̄ cito ad horam nascitur grm̄ compunctionis cum verbum cōminaciones audierunt & statim feruore persecutionis vel cuiuslibet tribulationis et tentationis arescit cum per impatientiā desolantur & deficiunt: quia verbum predicationis sine humore gr̄e et amore virtutis non proficit. Et hi radices nō habēt: sz profunde firmitatis & firmi desideriū: & ideo ad tempus credūt et in tempore tentationis recedunt: qz verbum prius receptum renuūt. Et sicut arbor que sepe transplantatur radices fixas non habet: sic hi frequenter de bono in malum mutantur: & ideo in bono non radicantur. Tentatione nēpe pbatur si verbum dei radices fixerit: sicut impetu vētorū apparet si arbor bene radicata sit: tales instabiles sunt de familia regis Saul: qui inter pphetas erat prophetat: & inter stultos stultus. [Aliud cecidit inter spinas]. i. in corda diuitiarum ambitione sollicita & sollicitudinibus earū lacerata ac curis tpalibus nimis dedita p auaritiā [& simul exorte spine]. i. multiplicate diuitie] suffocauerut illud] id est impediuerunt fructum predicationis occupādo mētem: vt in eis p ficere non possit fructus spiritualis. Hi sunt q̄ audiunt & afficiunt & proponunt bonum facere sz nō pficiunt: qz suffocatur in eis bonum ppositum: preualētib' in eis curis & diuitijs & voluptatibus. Euntes eñt a loco predicatiōis ad mundana suffocantur a sollicitudinibus que importāt auarā acquisitionē & diuitijs que notāt auarā conseruationē & voluptatibus vite que important lasciuā fruitionē: & fructum non referūt: qz hec tria semē spiñale fructificare nō sinūt sicut spine ex condensatione semen in missum suffocāt & oriri nō pmittūt. Diuitie quippe & honores spine sunt: qz sicut spine suis pūctionib' corpus laniant & cruentant ac rurpe & fedū in oculis hoīn reddunt: sic amor ambitio diuitiarū & honorū cogitationū suarū punctionib' ac curis & sollicitudinibus que sunt spes acquirēdi ac timor pdendi & sollicitudo conseruadi animam lacerant: & cum vsq̄ ad pctñ ptrahūt quasi inflicto vulnere cruentant ac miserā & infelicem coram oculis dei faciūt. Et tñ sub his sentibus esse delitias multi reputant & qñ de spiñalib' cogitare incipiunt statim se tpalibus immiscent ac suffocati & emolliti rigorem virtutū amittunt. Sicut ouis conuersans inter spinas semper ibi de lana dimittit: sic, pacans curis tpalibus & mundo multa bona spiñalia amittit. vñ Ihriso. Quēadmodū spina vndecūq̄ detineatur pūgit eū qui detinet: ita & secularia vndecūq̄ detineantur cōtristant eū qui constringit & fouet. Sed nō q̄ spiñalia talia: hz margarite alicui affimilanf vndecūq̄ circūuolueris delectāt oculos. hec Ihriso. Vel diuitie dicuntur spine: qz pungūt aīam in mundo & iudicio & inferno. In mūdo triplex est pūctura scilz laboris in acquisitione: timoris in possessiōe: & doloris in amissione. In iudicio etiam pungunt mentē qñ dñs dicet auaris. Esuriui & nō dedistis mihi manducare: sitiui & nō dedistis mihi bibere &c. Iste pūcture erūt ita penose q̄ ipsi auari quasi cupiant non esse: qz dicent mōtibus: cadite super nos & collib' cooperite nos. In inferno etiam iste spine pungent aīam perpetuo crutiatu: qz ex eis parat ignis quo peccatrix aīa cōpuritur. Et nota ordinē istoz p̄dictoz trium seminū non fructificantium. Primum non germinat: sed cōculcat & ab auib' cōedit. Scōm germinat: sed non multū erigit: qz humore nō hz. Tertiū ꝯo iā instipitē eleuatur: sed non fructificat: qz a spinis suffocatur. [Aliud] scz quartum [cecidit in terrā bonā] q̄ est nigra p despectū: pinguis p affectum: culta p virtuosum exercitiū: & sic fecunda p fructū. i. inter fidelē & devotū [& ortū fecit fructū] bonoz operz. vbi Beda. Terra aūt bona est electoz p̄scientia que oīb' p̄dictis terris ꝯia facit: qz & cōmēdatū sibi semē verbi libēter excipit & exceptū inter adversa & pspera cōstanter ad fructus vsq̄ conseruat. hec Beda. [Aliud aūt fecit fructū centesimū: aliud sexagesimū & aliud tricesimū.] Ista ꝯo triplex differētia fructuū primo pōt cōsiderari q̄ tū ad tres status fidelium qui sunt incipiētes: pficiētes & pfecti. Incipiētes sunt tanq̄ terra que pfert fructū tricesimū: quia sufficit vt habeant fidē trinitatis cū impletione decalogi. Proficientes sunt tāq̄ terra que profert fructū sexagesimū: qz nō tñ habent fidem trinitatis & seruant decem preceptā: sed etiā exhibent sex opera misericordie. Perfecti sunt tanq̄ terra optima que profert fructū centesimū: quia habent duplicem perfectionem seruantes veteris legis precepta & euangelij cōsilia. Iste triplex gradus scz incipiētiū: pficientiū & perfectorū tangitur infra in secunda parabola vbi dicitur. Ultro eñt terra fructificat. primo herbā: deinde spicā: et deinde plenū fructū in spica. Secūdo pōt p̄siderari quātum ad tres status saluandoz: scz virgines viduas & cōiugatos. Aliud ergo fecit fructum centesimū: scz in virginibus. virgines eñt nolunt multiplicari p opus carnale in alijs: sed p opus spiñale in seipsis & ideo significatur per centenariū qui fit ex ductu denarij in seipsum. Aliud aūt fecit sexagesimū: scz in viduis & pmitentibus. sexagesim' eñt cōstat ex denario ducto per senariū in quo significatur decalog' cū senario operū misericordie. Aliud vero facit tricesimū: scz cōiugatis ppter fidem trinitatis cuz obseruantia decalogi. Vbi tangūtur tres gradus castitatis. Primus est castitas cōiugalis per quem gradū vitaē illicitus concubitus: licito tamen concubitu retento in matrimoniali actu. Scōs gradus est castitas vidualis per quē euitatur decetero oīs cōcubitus vt animus possit decetero liberius deo seruire;

B Grego. Stomach' lāguēs alle gorice.

E Transplantatio fre quēs nocet

Ihriso.

Beda

Terra

Status fidelium

Grego.

Diuitie sunt spine.

uire: licet possit licite matrimonium cōtrahere. Tertius gradus est virginalis qui est superior istis per quem oīs cōcubitus simpliciter euitatur. vt mens ipsa tanquā sponso suo soli deo per amorem copuletur. vñ Theophi. Qui in centum fructificant sunt qui perfectam habent vitā vt virgines & heremite. Qui autem in sexaginta q̄ mediocriter se habēt vt continentes & qui in conuiuio nobijs sunt. Qui aūt in triginta qui parui quidem sunt sm̄ ppriam virtutē fructū ferētes: vt laici & qui in coniugio sunt. Unde & Aug. Centesimus fructus est martyrum propter sanctitatem vite vel contemptum mortis: sexagenarius virginum ppter ocium interius: quia non pugnat contra cōsuetudinem carnis. Tricesimus ꝯo coniugatoz: qz hec est etas preliantium ipsi eñt actiorem habēt cōflictū ne libidinibus superētur. hec Aug. Vel tricesimū fructuz affert qui detrimentum in exterioribus bonis constāter sustinet: sexagesimum qñ sustinet detrimentum etiam proprij corporis p flagellationem et incarcerationem & cetera hmōi: cētesimum qñ contemnit etiā totā vitā p martyriū. vñ Ihriso. Terra bona sunt qui abstinent se a malis et sm̄ vires suas faciūt bona: & est iste fructus eorum tricesimus. Si aūt & oia bona sua cōtēnāt & accedant ad seruiendū deo habent sexagesimum. Si aūt & preceptū impialis snie de morte eorum pcesserit habēt cētesimum. Aut si bona eorū pcussa fuerint & filij habent sexagesimum: si autē infirmitas aliqua corporis eis contingeret et fideliter sustinuerint habent cētesimum. Nā iob aūt tētationē tricesimū habuit in facultatibus suis iuste viuēdo post damna substantie et filiorū sexagesimū: post plagā aūt corporis centesimum fecit. Qui centesimum hz in se & sexagesimum hz & tricesimum. Econtra qui tricesimum habet sexagesimum non hz: et qui sexagesimum hz nō etiā centesimū hz. Semper eñt maius qd minus est in se hz inclusum: illud aūt qd minus est maius in se non habet. hec Ihri. Item vt dicit ßemig. semen verbi dei tricesimum fructuz facit qñ bonā cogitationem gignit: sexagesimuz qñ bonam locutionē: centesimum qñ ad fructū boni operis perducit. hi ergo p terrā bonā designati in corde bono qd intendit verbum dei audiret optimo qd intendit sm̄ hec operari audiētes verbum dei devote retinent fideliter in memoria & fructum afferunt in patientia. f. vsq̄ ad finem expectando premia. qz sm̄ Grego. oīs equanimiter proximorum mala tolerant & humiliter flagella suscipiunt postmodum ad requiem sublimiter suscipiuntur. Et aduerte q̄ bona terra habet conditiōes penitus oppositas alijs in q̄bus semen cecidit. Qz eñt hi audientes verbuz retinent: est contra eos qui sunt secus viā et venit diabolus & tollit ꝯbū de corde eorum q̄ aūt fructū afferūt sanctaz. f. operationū est contra eos q̄ sunt spine suffocantes dei ꝯbum. q̄ vero hoc faciūt in patientia est contra eos qui supra petram. qui ad tēpus credunt & in tēpore tentationis recedunt. Terra ergo mala in loca secus viam petrosa & spinosa distinguitur: hz terra bona non subdiuiditur qz vna est ecclesia vna est columba mea licet fructus & virtutes eius subdiuidantur in centesimum sexagesimū & tricesimum: ita etiam & premia diuersa sunt qz differt stella a stella in premio sicut et in merito de semine itaq̄ tres partes prochdolor pereunt ac vna tñ saluatur & pficit & nec hoc equaliter sz cum multa differentia. Quāuis enim semen diuini ꝯbi de se sit sm̄: sit tū vt visum est triplū in fructuosum. vñ Theoph. vide quō mali sunt plurimi & pauci saluāt. quarta eñ pars seminis saluata inuenit. Ex q̄ ptz q̄ exēplo christi predicator verbi diuini nō debet cessare a predicatiōe: hz videat inde paucos proficere qz faciens qd in se est meritū suū nō pdit. Ūñ nota sm̄ Theophi. q̄ nō dixit q̄ seminās aliud piecit sed' via & cetera: sz q̄ semē cecidit. q̄ ei seminat docet rectuz sermonē: sed sermo diuersimode cadit in audiētes quia semen quodlibet recipitur sm̄ modum & dispositionem terre in qua seritur q̄ si sit fertilis & culta profert bonū fructum: si autem sit sterilis & inculta germinat spinas et tribulos vel etiam nullum fructum ita q̄ secundum variam dispositionem terre semen diuersimode proficit ad fructum: sic in nobis scōm variam dispositionem cordis nostri diuersimode recipitur semen qd est xp̄s per' agricola de celo nobis adduxit. Primum ergo debemus verbum dei cum devotione audire ac cum gaudio & deficerio suscipere. Deinde intelligere ac inter prospera & aduersa vtiliter conseruare & denique fructus facere vel centesimum & sexagesimum vel tricesimum.

¶ In scda parabola q̄ ē de zizania describitur status ecclesie sequens immediate post mortez xp̄i & aploz: qz diabolus fidei in cordibus fidelium seminate inuidit: & ideo post xp̄i & aploz dormitionē p mortē aliquos inter fideles ad pfidiam heresis commouit quasi seminās zizaniaz in medio tritici ad ipsius destructionez. Potest aūt omnis immundicia in segete zizania dici vt lolium sterilesq̄ auene & hmōi. Sicut ergo zizania bono semini: sic heresis bonis scripturis supseminantur & eis se admiscent. vñ Aug. nec eñ nate sunt hereses & quedā dogmata puerilitatis illaqueantis animas & in pfundū precipitātis nisi duz scripture intelligūtur nō dñ: & qd in eis nō bñ intelligitur etiā temere & audacter asserit. Et notādū q̄ xp̄s hz triplicē agrū suum proprium in quo seminat triplex semen bonū. Primus ager est mundus in quo xp̄s seminauit semen verbi dei siue doctrinā vitatis. Scōs ager ecclesia catholica in qua xp̄s seminauit fideles hoies qui sunt filij regni. i. sancti electi viri qui inter filios regni computātur. Tertius ager est anima in qua xp̄s seminat duplex semen bonū. Primum semē est bona volūtas: & hoc semen dz pferre fructum bone operationis. Secūm semē est cognitio sui mundi et dei. Ex cognitione sui quasi ex quodam semine oritur doloz. sm̄ illud Eccles. qui addit scientiam addit & dolorem. Ex cognitione mūdi oritur timor: quia in medio laquoruz hō ingreditur. Ex cognitione dei oritur amor: qz ipse est creator & redemptor & glorificator. Primum ergo semen seminat deus in agro affectus: scōm in agro intellectus: sed inimicus diabolus supseminat zizaniam. f. errores in intellectu: & cogitationes multas in affectu. Hoc semen tripliciter extinguitur. primo igne cōtritionis. secūdo p precisionē cōfessionis. tertio p eradicationem satisfactionis. Studeat ergo anima fidelis vt semen dei in ea germinet sanctis desiderijs et operibus virtuosis. Hic aūt ager. f. anima sepiē fide: & aratē p̄dicationem: cōpluitur pluuia grē & roze mie. ¶ Secūda itaq̄ parabola ē de zizanijs & locis bono semini superseminatis

Theoph.

Theoph.

Cecidit nō iactū est semen.

August.

Parabola scda.

zizania.

Augu.

christ ager

triplex.

Semē bonū duplex.

Eccle.

Seminis extinctū

q̃ describit cetū hereticoꝝ. [Simile ē enim regnū celorum].i. ecclesia militans seu status eiꝰ [hominis].s. ipse qui dat regnare in celestibus et cui seruire regnare est [qui] p se ꝛ p apostolos [seminauit in agro suo] id est in mūdo seu in ecclesia laboze et sanguine xpi exculta [bonum semē].i. sancta doctrina ꝛ fide catholica ac eos quos filios regni vocat. Et nota hic q̃ in istis parabolis nō fit comparatio p sone ad p sonam sed negocij ꝗ ad negociū seu facti ad factū. ac si diceret factū q̃ agit circa regnū celoꝝ ꝛ circa ecclesiā simile est tali facto vel negocio. [Cū autē dormirēt homines].i. custodes interiꝰ qui ad tutelam ꝛ custodiā sunt deputati p quos significatur prelati quorū somno.i. negligētia interuenīēte diabolus superseminat zizaniā seu loliū. dormiūt enim plati tripliciter vel cū torpent inertia vel cuꝝ resoluunt lasciuia: vel cū pmuntur ignorantia siue culpa. hec autē dormitio nō solū significat supiorū negligētiā circa custodiā gregis: sed etiā negligentiā cuiuslibet circa custodiam sue ꝓprie p sone ꝛ salutis. Utrāq; enim negligētiā exploratꝛ diabolꝰ: ꝛ sic p suggestiones malas seminat zizaniā in cordibꝰ hūanis. [Cū ergo dormirent venit inimicus].i. diabolꝰ ꝛ superseminauit zizaniā].i. errores ꝛ sequētes iniquitates ac eos quos filios maligni dñs interptat [in medio tritici].i. electorū hoc est hereticos permiscuit electis. zizania alio noie ōr loliū ꝛ est feminini generis in singulari: sed neutri vel feminini in plurali. vñ est versus. Est zizania sunt zizania plura nieq;. Et dicunt aliqui q̃ zizania in singulari penultimam producit: sed in plurali corripit. ¶ Vigilent ergo prepositi ecclesie et subditi ne per eorum negligentiam diabolus valeat zizaniam seminare. [Cū aūt creuisset herba] per profectum fidei [ꝛ fructū fecisset] p effectuꝝ operis boni: qꝛ fides sine operibus mortua est [tūc apparuerūt zizania] per manifestationem errorum ꝛ fordiū peccati ꝛ persecutionem fidelium christi. Et cuꝝ serui hoc dño dixerūt ait illis. Inimicus homo fecit hoc.] Diabolus ōr inimicus hō: quia sub similitudine rationis humane hominem decipit vel ex eo q̃ hominia principio inimicatꝰ sit vel ab euentu: quia homines vicit, sicut ab africa dicitur scipio africanus: quia africaꝝ deuicit. Seruiti isti sunt patres antiqui qui fuerunt in primitiua ecclesia: q̃ admirantes pfidiā heresis insurgentē in ea accesserūt ad deū p ōronē inquirentes vñ oriretur talis perfidia quibus fuit diuinitus reuelatum q̃ hoc erat ex diaboli ope deo permittente factū: ꝛ hoc vt stabilitas probaret fidelium. Diabolus quidem in mūdo seminauerat tria semina pestifera. s. ignorantiam obtenebrantem: culpam infrigidantē ꝛ miseriā ignominiosam: ides de celo venit celestis agricola potās tria semina illis ptraria. s. sapiētiam illuminātē: gīam inflāmātem et gloriam exaltantem. Seminauit q̃ xps sctam doctrinam ꝛ fidem catholicā et superseminauit diabolus errores et iniquitates multiplices. Seminauit deꝰ in mundo pacem et fraternam charitatē ꝛ superseminauit diabolus inuidiam et malā voluntatē. Seminat eriā deꝰ quotidie in agro interiori. i. mente bona proposita diabolus superseminat desideria carnalia. Seminat deus in agro exteriori. i. in corpore mūdicia ꝛ puritatē. superseminat diabolꝰ inmundiciam ꝛ carnalitatem. [Serui aūt dixerunt].i. sancti patres per orationem diuinum cōfilium quesierunt. [Vis imus et colliginus ea] separādo malos a cōitate ecclie per excōicationē et tādē dimittendo iustitie seculari exterminandos p mortē. [Et ait nō ne forte colligentes zizania eradicetis simul] cum eis [et triticum].i. illud qd̃ est triticum quo ad se: sicut si aliquis fidelis damnaretur sola suspitione vel qd̃ est triticiꝝ quo ad alios: sicut si eradicatur nō primo victus tūc alij fideles scādalizanꝰ: qꝛ nō seruat ordo iuris: et sic eradicat triticuꝝ. i. alij fideles per scandalū: vel qd̃ est futurū triticū: qꝛ mō est aliquis malus qui cras erit bonꝰ. Ubi phibet eradicatio festinata damnosa et suspiciosa. Festinata est quā non pcedit āmonitio. Dāñosa est qñ multitudo est in cā vel princeps nisi fuerit causa manifesta redundans in iniuriam ecclie. vñ Aug. dicit q̃ aliqñ tolerādi sunt mali pro pace ecclesie ꝛ qñ timetur de scismate. Suspiciosa est qñ non habetur certitudo de alicuius hereti vel vitio. Tales ergo non sunt excludendi ꝛ qꝛ in his tribus modis phibet hic eradicatio fieri [Sinite vtraq;].s. zizaniam et triticum malos ꝛ bonos [crescere vsq; ad messem].i. vsq; ad consummationem scli ꝛ diē iudicij: ꝛ hoc est intelligēdū de illis qui nō sunt notorij neq; ptinaces neq; p eos imminet vniuersale damnū ecclesie, hic dat penitētie locus et discretionis exēplū. In hoc enim monemur ne occultorū iudicium nobis vsurpemus: sed deo illud reseruem̃ q̃ tribuit vnicuiq; iuxta opera sua. Nec istud est contrarium aplo q̃ ait. Auferte mala ex vobis: qꝛ hoc dictū dñi intelligitur de ambiguis: illud aūt apli de manifestis. Hic etiam innuitur diuina benignitas ꝛ patiētia dilatiōis. sustinet enim patiētēr diuina clemētia zizanias cum triticis: hoc est malos cū bonis. Sustinet aūt eos trib̃ de causis. Prima vt si velint cōuertanꝰ et p bonos adinuenīt secida vt iusti plurimum deo remanēt gratienꝰ q̃ electi sunt p gr̃am de nūero perendū de cauti cū ꝛ eoꝝ cōparatione plus nitanꝰ ad bonū tertia vt bonis proficiant et eis merita sua augeāt. Prosunt enim mali bonis purgādo: vt si q̃ est i eis pcti rubigo eliminetur exercitādo vt virtus in bonis bonis latēs manifestet: ac simulādo vt electi in via huius exilij segnes nō efficianꝰ ꝗ ad patriā suam festinent: et coronādo: qꝛ dum tribulationes iustis ingerūt lapides pciosos in corona celestis glorie apponūt. seruiunt ergo mali bonis predictis modis: ꝛ iō p mittuntur viuere cū eis. deinde dñs subiungit. [Et in tpe messis].i. iudicij ꝛ finalis cōsummationis: dicā messoribꝰ [scꝗ angelis. [Colligite primū zizania] id ē malos a cōsortio bonoꝝ eos excludēdo: ꝛ hoc quo ad pnā dāni: ꝛ feq̃tur pena sensus [ꝛ alligate ea in fasciculos ad cōburēdum] qꝛ ministerio angeloꝝ separabuntur tunc mali de medio iustorum et mittentur in infernus qui creditur esse in cētro terre et terra vallatus vndiq;. Et dñ dicit [in fasciculos] non in vno fascē: qꝛ vnusq̃sq; puniet pro modo puersitatis sue et simul erūt immundi cū immundis: gulosi cum gulosis: auari cum auaris: superbi cum superbis. ꝛ sic alij impij cū suis similib̃: vt qui socij fuerūt in culpa simul torqueanꝰ in pena: quo ad pnā sensus erūt plures fasciculi: sed vnus erit quo ad pnā dānni. Et subditur. [Ibi erit fletus].i. dolor vehemēs ex dāno. s. p carētia visionis diuine ꝛ exponitur pro tristitia ꝛ dolore: quia forte non erūt ibi corporales lachrymeꝰ ꝛ stridor dentium. i. passio vn-

B Cōparatio factorum.

Inimicus hō.

Eradicatio.

Tripler.

Augu.

s. Cor.

Sustinet.

Mali pro bonis.

Fasciculus malorum.

gens ex pena sensus ꝛ tormēto. s. p penaꝝ acerbitate. In quo signat duplex pena inferni: vna ex parte mentis. s. tristitia vehemens q̃ significatur per fletū et alia ex parte corporis q̃ significatur per stridorem dentium. Uel fletus ex calore dissoluente ꝛ stridor dentium ex frigore cōstringente. vñ Job. Ab aquis niuū transibit ad calorē nimiū. Deinde sequitur [Triticus aūt].i. fideles ꝛ electos q̃ in area huius mundi sunt trituati flagellis ꝛ afflictionib̃ ꝛ tētationib̃ varijs ita vt eis nulla sit palea vel macula [congregate in horreū meū] scꝗ celestius mansionū. Et tūc iusti fulgebunt sicut sol: ꝛ hoc per totem claritatis ex gloria aie ꝛ corpus redūdāte. vbi chrysostomus. Non qꝛ ita solū sicut sol: sed qꝛ hoc sidere aliū magis luculentū non noscimus cogniti nobis vtimur exemplis. Hec chrys. Cōparatur autem glia iustoꝝ soli maxime quo ad corp̃ qꝛ anima glorificata multo pulchrior erit sole. In sole aūt quatuor dotes corporis glorificati notanꝰ: scilꝭ claritas: qꝛ in creaturis inferioribus nihil sole est clarius: agilitas: qꝛ exiens ab oriente statim apparet in occidente: subtilitas qꝛ transit p vitrum illesum: impassibilitas: qꝛ radius eius nō lediturnec maculatur. Et subditur in regno patris eorum: ergo tanq̃ filij regis accipiēt regnū decoris. O q̃ gloriosum est regnum in quo sancta societas quia iustitia quo perfecta claritas quia fulgebunt: in quo perfecta delectabilitas: quia sicut sol: dulce enim lumen est delectabile in quo sublimis dignitas quia in regno in quo paterna charitas quia patris eorum. Hanc parabolam secundam tangit marcus faciens tantum mentionem de bono semine quod ad solos electos pertinet qui tanq̃ triticum ꝛ frumentum in horreum eterne beatitudinis colligenꝰ qñ zizania et lolium in caminum ignis mittentur. Unde cōparat regnū celoꝝ. i. ecclesiam que a vero regit: ꝛ hoies regit homini iacenti semen in terram ꝛc. Per semē intelligit verbū vite qd̃ hō scꝗ xps seminauit in corda humana ꝛ dormiuit per mortē. [Exurgit] autē semē [nocte et die ac germinat ꝛ crescit] qꝛ post summū xpi numerus credentium per aduersa ꝛ prospera germinauit in fide ꝛ creuit in ope [dñ nescit ille] hoc ē nescire nos facit quē. s. fructū vsq; in finē afferat [ꝛ terra vltro fructificat] qꝛ voluntate adducit: vt frutum faciat [primo herbā: deinde spicam ꝛ tandē plenū fructum] Ex semine enim isto recepto in aliquo hoie primo cōcipitur timor diuinorū iudiciorū: ꝛ significat per herbam que est quid imperfectū ꝛ et qꝛ ex timore cessat homo a malis ꝛ incipit se exercere in bonis: nō scdo concipitur spes diuinoꝝ beneficiorum q̃ significat per spicā in qua est iā spes grani futuri. Tertio ex hoc datur charitatiꝰ amor que habet opus pfectum: ꝛ iō significat p plenū granū: qꝛ ōr apostolus. plenitudo legis est dilectio. [Uel terra fructificat primo herbam: deinde spicam: deinde plenū fructū [hoc est timore: penitentiā ꝛ charitatem. Illi qui generāt herbā. i. timore: sunt incipientes qui debēt incipere a timore. Sicut enim herba est principium spice: sic timor dñi est principiū vite ꝛ initiū sapientie. Illi qui generāt spicam. i. penitētia sunt qui ꝓficientes ꝛ qui sicut delectati sunt in pctis sic debent se affligere in penitētia ꝛ lamentis. Illi qui producūt plenum fructū. i. charitatē: ꝛ bonoꝝ operū plenitudinē sunt pfecti q̃ habēt charitatem dei ꝛ proximi: qꝛ plenitudo legis est charitas: ꝛ tunc est hō perfectus: vt de statu gratie transeat ad gliam: ꝛ iō dñs tūc [mittit falcē]. i. mortē abscindendo iustos de presenti vita vt transferat ad gloriā [qñ adest messis].i. collectio iustorum in patria. sm Gregor. semen homo iacit in terram cum cordi suo bonam intentionē inserit. Et postq̃ semen iactauerit dormit: qꝛ iā in spe boni operis q̃escit Nocte vero exurgit ac die: qꝛ inter aduersa ꝛ prospera pficit. Et semen germinat ꝛ crescit dum ille nescit: qꝛ ꝛ cū adhuc metiri cremēta sua non valet semel cōcepta virtus ad perfectū ducitur. Et vltro terra fructificat: qꝛ pueniente se gratia mens hominis spontanea ad fructū boni operis assurgit. Cū ergo desideria bona cōcipimus tūc semen in terra mittimus. Cū vero operari recta ꝛ cipimus herba sumus: cū aūt ad profectū opus transimus ad spicam peruenimꝰ: cū q̃ in eius fides operis pfectione solidamur: iā plenū frumentū in spica proferimꝰ. O omnipotens autē deꝰ in productū fructū falcem mittit ꝛ messem suam desecat: qꝛ cū vnūquenq; ad opera perfecta perduxerit eius tēporalē vitam p immissam sentētiam incidit vt granum suum ad celestia horrea perducat. Uide ergo ne sis tantū in herba vel spica et maturitatem expectes in purgatorij penamnō enim fructū immaturū congregat deus in horreuꝝ suum. Nullus tñ qui ad bonū propositū adhuc ꝛ mentis teneritudine esse cōcipitur desperatur: qꝛ frumentum dei ab herba incipit vt granum fiat. ¶ In tertia parabola que est de grano sinapis describit ecclesie status seq̃ ēs immediate post resurrectionem heresum: quia contra heresis insurgentes suscitauit dominus in ecclesia doctores sanctos literatos vt per rationē ꝛ scripturam cōfutarēt hereticos: et licet primo fuerint humiles ꝛ abiecti tamē diuina dispositiōe fuerūt postea exaltati. Tertia ergo parabola est de exaltatione ecclie ac predicatiōis fidei ꝛ euāgelij in qua cōparatur regnum celorū grano sinapis. [Simile est enim regnum celorum] id est p dicatio euangelij que dicitur regnū: qꝛ docet regere manum cuius ciues sunt opa: regere os cuius ciues sunt verba: regere cor cui̇ ciues sunt cogitatiōes ꝛ desideria [grano sinapis] qꝛ calefacit in amore venenū expellit. i. errorē: caput purgat. i. mentē quod accipiens homo scilicet ꝛ ps a patre [seminauit] et per se ꝛ per discipulos suos [in agro suo].i. in mundo [quod minimum est omnibus seminibus].i. omnibus disciplinis: vel quia vix ei in principio creditur: vel quia docet que ī mundo minima ꝛ vilia reputantur ꝛ qꝛ amplositate verboꝝ non innitit [cū autē creuerit] per diuulgationem] maius est omnib̃ oleribus].i. scietijs phisicis naturalibus ꝛ poeticis q̃ dicunt olera: qꝛ cito decidunt nec fructum eternum: sed temporalem habent [ꝛ fit arbor alta] per eiꝰ sublimationem: fructifera per eius vtilitatē [ita vt volucres celi].i. anime credentiū celos affectantium [veniant] p fidem [et habitent] p amorem [in ramis eiꝰ].i. i dogmatibus: vel [volucres].i. predicatores qui vt nubes volant [veniant] studendo [ꝛ habitēt] in meditando et operando [in ramis eius].i. diuersis expositionibus ꝛ sententijs: quatuor enim rami sunt hystoria: tropologia: allegoria: anagogia: vnde [regnum celorum] pōt hic intelligi p mitius ecclesia que ratione humilitatis paupertatis ꝛ paruecq; multitudinis videbatur etiam abiecta: sed virtute est magna

Pena inferni duplex.

Gregorius

Tertia parabola ad turbas.

Spes.

Roma. 13.

vel p feruore fidei q̃ modica videbat ꝓpter scã dalum crucis: sed feruida est ꝓpter calorem dilectionis paruo [grano sinapis] comparat [et qõ cum sit minimũ] q̃ titarere nõ est magnũ in virtute et caloze q̃ creuit in arboẽ magnã: q̃z vbiq̃ oz bis est expãsa habẽs stipitẽ per ꝓem et ramos exaltatos p dilectionẽ dei: dilatatos per charitatẽ primi. Alta est: q̃z ad celestia sustulit tam plat q̃z totum mundũ occupauit. Quam arboẽ ascendit zacheus vt xpm videret: q̃z nisi in ecclesie ⁊ fidei arboze xpi nõ videt et [volucres celi] i. principes huius mũdi alta petẽtes vel alti intellectu. s. hui⁹ mũdi sapiẽtes [habitãt in ramis eius] et ei subiecti regunt eius cõsilio. Vel [volucres. i. scti qui pẽnis virtutũ in alta ascẽdunt ⁊ ad premia celestium bonoz volare contẽdunt [habitãt in ramis eius]. i. in diuersis ei⁹ sententijs spũalib⁹. Rami euãgelij arboris sũt dogmatũ diuersitates: vt p varietate morboz varia fit medicina in quib⁹ vna q̃q̃ volucrũ. i. aiaz iustarum requiescit. Volucres ergo celi sunt aie fideles q̃ coz a terrenis leuãtes ad celestia p desiderium volant ⁊ neglectis tpaliũ rerũ cupiditatibus sursum coz habẽt in celestib⁹ atq̃ in scrõz dictis ⁊ consolationib⁹ respirãt ⁊ requiescũt ab huius vite fatigationib⁹. Unde pſ. Quis dabit mihi pẽnas sicut colũbe et volabo vt requiescam. Assumamus ergo et nos pẽnas colũbe vt altioza volãtes possimus in ramis hui⁹ arboris habitare ⁊ nidulos doctrinarũ nobis facere: terrenaq̃ fugiẽtes ad celestia festinare. Magnũ q̃ ⁊ ferues sit nobis desideriũ exaltãdi fidẽ nostraz: vt dõs Jesus xpi ab oibus timeat: cognoscat ⁊ amet. ¶ In quarta parabola q̃ est de fermento describit status ecclie sequẽs exaltationẽ p dictoz scrõz: q̃z per diligẽtiã eoz ad p dicandũ iã fides vbiq̃ est diuulgata. In hac ergo parabola cõparat regnũ celoz fermẽto [qõ mulier abscõdit in tribus farine satis.] Est aũt satuz mẽsura in palestina capiẽs vnũ modiũ et dimidium. Regnum celoz est ecclia militãs in qua de⁹ p fidez regnat: vel doctrina fidei q̃ regnũ celoz p dicat mulier aũt dei sapientia vel diligentia scrõz ad p dicandũ vsq̃quaq̃ fidẽ catholicã: tria vero sata farine sunt tres ptes mũdi. s. asya: africa: europa: vel tres lingue. s. hebrea: greca: latina.

Fermentũ aũt lz in scriptura frequẽti⁹ accipitur in malo eo q̃ est corruptiuũ: q̃z aliud est fermentum zizanie: aliud fermẽtũ tritici: hic accipitur in bono tñ ⁊ ꝓpter virtutẽ alterãdi significat verbũ euangelicũ q̃q̃ ad fidẽ trãsmutauit magnã ptẽ mundi ⁊ adhuc amplius transmutabit ipm. Uñ in figura in pẽtecostes que celebratur a iudeis ꝓpter beneficiũ legis date quinq̃gesima die ab exitu de egypto q̃ fuit euãgelij figura offerebanꝫ duo panes ō simila fermẽtata. Mulier ergo. i. dei sapiẽtia vel iscanctoz diligẽtia accepit fermentum qõ ꝓpter calorẽ intrinsecum ⁊ inclusum legẽ euãgelicã que est lex amoris et feruoẽ fidei significat ⁊ abscondit seu posuit in tribus farine satis donec fermentaretur totum: hoc est fermentum positum fuit in tribus mundi ptib⁹ a tpe apostoloz ⁊ amplius ponet donec fermẽtet totũ ⁊ multiplicet fides trinitatis p totũ mũdũ: q̃z ide totũ pene mũdũ iã fermẽtatũ ⁊ vinificatũ in ecclie corp⁹ creuisse videmus sicut modicũ fermẽti magnã farine massaz trãsmutat in substãtiã virtutẽ ac vinificat ⁊ crescere facit. s̃m Bedã. mulier. i. aia sancta abscondit per rectam intentionem a mundi laudibus occultãdo fermẽtũ. i. dilectionẽ in trib⁹ satis farine. i. trib⁹ modis diligẽdi. s. ex toto corde: ex tota aiaz: ex tota mente vel in trib⁹ aie viribus. s. rationalitẽ cõcupiscibili: irascibili: in quibus charitas siue doctrina abscõdit donec totã mentem in sui perfectionẽ cõmutet: quod quidem hic inchoatur: sed in futuro pficitur. s̃m Hylariũ farina ẽ plebs ex diuersis collectatria sata triplex status fidelium. s. noe: daniel: iob: vel q̃z de tribus filijs noe pcessit totum genus hũanum cui dei sapiẽtia fidẽ ⁊ charitatem ⁊ sanam doctrinaz cõmendat in presenti donec totum fermẽtet. i. donec in fine mũdi completo numero electorũ fideles ad resurrectionis gloziam pueniant: ⁊ tunc perfecta calefiẽt charitate modo essi est ignis p unus: sed tunc erit: ⁊ aminus [hec oſa]. s. p dicta et talia multa [locutus est Jesus ad turbas in parabolis] ⁊ lz alia multa sine parabolis dixerit turbis tunc tamẽ mhl sine parabolis dixit eis: vt scilicet mouerentur ad interrogandũ de auditis. Quia enim hominibus rudibus loquebatur de regno deiopus erat induci eos in talib⁹ parabolis et rerum sensibilium eius cognitaz similitudinibus ad diuinoz archanaz: vt exhis que animus nouit surgat ad incognita et exemplo visibilium rapiatur ad invisibilia: ac per ea que visu didicit discat amare que non nouit: vt qui celestia capere non poterant per similitudinem terrenam audita perciperent: parabola ei grece similitudo dicitur latine per quam veritas demõstrat ⁊ in q̃ aliõ dr: aliõ rationabilis intelligitur. ¶ Unde subdit ammonitionẽ [hec dicens clamabat. Qui habet aures audiẽdi audiat.] Hanc ammonitionem addit dominus ī locis pluribus. Nam s̃m Hiero. vbicunq̃ ponitur hoc verbum designatur misticus intellectus: q̃z sub verbis parabolicis alius sensus est per intellectum requirendus. Et secundum Bedam. Aures audiendi sunt aures cordis et sensus interiores scilicet aures intelligendi ⁊ obediendi: ⁊ faciendi que iusta sunt. Innuit ergo triplicem auditum scilicet sentiendi: intelligendi: obediẽdi. Primus est exterior in corpore de quo dicit [qui habet aures] Secundus interior in mente de quo subdit [audiendi] Tertius vtrunq̃ cõplectens de quo addit [audiat]. Primus audit ⁊ est sensitiue. Secundus intellectiue. Tertius affectiue. De his dicitur in psalmo. per ordinem. Audi filia. Quo ad primum: et vide. Quo ad secundum: et inclina aurem tuam. Quo ad tertiũ. Et in Job. Auditu auris audiui te. In hoc autem quod dabit dominus. [Qui autem non habet]. s. amozem verbi [id quod videtur habere] scilicet naturali ingenio vel literarum studio auferet ab eo [quia nulla vere sapientie gaudebit dulcedine. vnde habentibus fidem et deuotionem ad xpisti doctrinam intellectus scripture veteris testamenti ablatus est propter eozum incredulitatem ⁊ datus est gentibus ꝓpter eozũ fidez. Item qui habet opus id quod videtur habere. s. intelligentie auferetur ab eo: quia fides sine operibus mortua est. Item sicut auarus multas habet opes ⁊ nullas: sic qui non diuinam sapiẽtiam habet nullam habet: quia secundum Hieronymum. literas nescit qui sacras ignorat. secundum Ambrosiũ. intelligitur qõ habet id est qõ se putat habere. Eozum autez scilicet in domo discipulis sui disserebat omnia. vnde patet

Luce. 19.

Arboris euangelicarum.

Ps. 54.

Parabola quarta.

Batum.

Fermẽtum.

Pentecostes.

Beda.

Modius.

Hylarius. Farina.

Ps. 44.

Augustinus.

Clamat mitis.

Hiero.

Mat.

sis turbis] que eum non interrogauerunt et sedentes a tumultibus [venit in domum] vt discipuli tanquam digniores haberent opportunitatem querendi ⁊ interrogandi eum. [Et accesserunt ad eum discipuli eius] tanquam familiares non tam corpore quam discendi voluntate querentes [quare in parabolis] loqueretur turbis cum ipsi non caperent ⁊ petentes vt eis parabolas exponeret. Quia essi percipiebant christum mistice loqui quesierunt intellectum et si bi exponi. Qui respondens ait. [Vobis] credentibus vobis humilibus vobis obedientibus vobis mihi adherentibus et dilectis vobis mundo abiectis et odiosis. Vobis volentibus ⁊ similiter dignis ac vestris sequacibus ad me accedentibus [datũ est] diuinitus et ex gratia dei non ex merito vestro [nosse aperte] sine parabolarum inuolutione [misteria regni] id est secreta et intelligentiam sacre scripture que cõtinet statuta atque decreta illius regni seu abdita et profunditatem veritatis Euangelice que ducit ad regnum celestet vel [misterium regni celoz] id est ecclesie militantis siue triumphãtis. Apostoli enim erant quasi fundatozes ecclesie post christum: ⁊ ideo ad ipsos pertinebat scire secreta ecclesie de quibus erat processus ecclesie vique ad finem mundi: quia ista erãt futura in diuina dispositione preordinata: istud potest hic vocari [misterium regni celozum] id est secretũ ecclesie. [Ceteris autem] qui foris sunt qui clausis sensibus nõ curant intrare ⁊ cognoscere veritatem scilicet vulgaribus turbis seu etiã scribis et pharisẽis incredulis non est datum neq̃ concessum ista intelligere: ⁊ propter hoc loquebatur eis talia parabolice [vt videtẽs] id est videre se reputantes non videant secundum veritatem [⁊ audientes] id est intelligere se putantes [non intelligant] sententiam interiorem. nã hec est vna causarum quare dominus loquebatur in parabolis: vt scilicet veritas occultarẽt malis ⁊ boni ad inquirendum exercerẽt in eis. Unde sequitur. [Qui habet] scilicet amorẽ verbi [dabitur ei] scilicet intelligentia verbi amati [⁊ abundabit] scilicet sensu intelligendi: q̃z habentibus deuotionem et fidem datus est verus sacre scripture intellectus. dicitur enim in Luca quod aperuit eis sensum vt intelligerẽt scripturas: ⁊ ex abundantia reuelatus est eis ecclesie processus. Item [qui habet] opus [dabitur] ei intellectus [⁊ abundabit] augmẽto profect⁹. Item [qui habet] gratiam [dabitur ei] perseuerantia [⁊ abundabit] gloziam: quia gratiam ⁊ gloriam dabit dominus. [Qui autem non habet]. s. amozem verbi [id quod videtur habere] scilicet naturali ingenio vel literarum studio auferet ab eo [quia nulla vere sapientie gaudebit dulcedine. vnde habentibus fidem et deuotionem ad christi doctrinam intellectus scripture veteris testamenti ablatus est propter eozum incredulitatem ⁊ datus est gentibus ꝓpter eozũ fidez. Item qui habet opus id quod videtur habere. s. intelligentie auferetur ab eo: quia fides sine operibus mortua est. Item sicut auarus multas habet opes ⁊ nullas: sic qui non diuinam sapiẽtiam habet nullam habet: quia secundum Hieronymum. literas nescit qui sacras ignorat. secundum Ambrosiũ. intelligitur qõ habet id est qõ se putat habere. Eozum autez scilicet in domo discipulis sui disserebat omnia. vnde patet

Apostoli fũdatores ecclesie.

Parabola prima discipulis dicta.

Thesaurus abscondit⁹

Ps. 30.

Uirginum laus.

Secunda parabola ad discipulos.

Margarita.

Auferri a nõ habẽte.

renoꝝ [ꝛ emit eã] per conati ꝛ desideriũ eterno
rum. ¶ Moraliter in hac parabola preponunt
nobis tria imitanda. ſ. officiũ ſcrõꝝ iudiciũ mo
rum: deſiderũ eternoꝝ. Officiũ notat in nego
cãdo: ſtudiũ in querendo: deſiderũ in opando
Felix qui nouit negociari ſpiaiter ſiue ꝗrum
ad ſtatũ actiõis opibus mie intendẽdo: ſiue ꝗ
tum ad ſtatũ perfectionis p ꝛpo oia relinquen
do: ſiue quantũ ad ſtatũ ſupererogationis p p̃
dicationẽ aias deo lucrificando. Itẽ felix nego
ciator qui nouit querere nõ nociua ſicut ambi
tioſi: nõ inutilia ſicut curioſi: ſed ſalubria ſicut
ſcti. Itẽ felis qui inueniꝛis bonis mercibus be
ne nouit lucrari: qui ſciz abijt a ſe p carnis mor
tificationẽ vendidi terrã p celo p oim abrenun
ciationez: cõparauit eã per ppie volũtatis ſub
iectionẽ. Et qꝛ iſte ſtatus duraturus eſt vſq; ad
finẽ mundiriõ nõ ponit alia parabola poſt iſtas
niſi illa que finẽ mũdi ſignificat: que eſt de ſage
na in mari miſſa. Igit qꝛ ſub parabolo theſauri
ꝛ margarite iduxit nos ad eterne britudinis a
morẽ: pñr ſub parabola ſagene inducit nos i ri
morẽ vt mala caueamus ꝛ bona ſectemur. Aſſi
milat ergo [regnũ celoꝝ] qõ hic notat pñtem ec
cleſiã [ſagene] qꝛ piſcatoribus eſt cõmiſſa: ꝛ p eã
quiſq; ad eternũ regnũ de pñtis ſeculi fluctib̃
trahit̃ ne eterne mortis pfundo mergat̃ [miſſe
in mare]. i. in mundum qui ꝺꝛ mare propter ma
gnitudinẽ ꝛ ppter amaritudinẽ [ꝛ ex oi gñe pi
ſcium]. i. hoim [congregãti] ſcs bonoꝝ ꝛ maloꝝ
qꝛ miſſa in huius ſeculi fluctibus nullũ reſpuit
ſed malos cum bonis capit: ꝛ oĩs generis hoies
ad veniã vocat. Quã cũ ipleta eſſet [qꝛod erit
ĩ fine ſeculi qñ hũani gñis ſumma pciudit ꝛ nu
merus electoꝝ impletur [educẽtes] ſcz de mari
ꝛ de fluctibus vite huius ꝛ trahentes ad littus
vite alterius: qꝛ ſm glo. ſicut mare ſeculum: ita
littus maris eſt finis ſeculi [ꝛ ſecus littus ſedẽ
tes] per immoralitatem elegerunt bonos i va
ſa ſuaꝛ malos aũ. foras miſerũt.] Nunc eñ ma
los bonoſq; cõiter quaſi permixtos piſces ſage
na fidei ꝓtinet: ſed littus idicat quos ſagena ec
cleſie trahebat. Nã ſicut non diſtinguunt boni
piſces a malis ꝗdiu ſagena eſt intra aquas: ſic
in eccleſia militãte permixti ſunt mali cum bo
nis. Sed in fine mundi trahent ad littus p aper
tum iudiciũ: qꝛ tunc erunt manifeſta abſcon ꝛ ie
ta cordiũ. vñ ſubdit. [Sic erit in conſummatio
ne ſeculi]. i. in fine mundi. Et ꝺꝛ cõſummatio tri
pliciter: vel qꝛ tunc cõpletus erit numerus ele
ctoꝝ: vel qꝛ terminabit ſtatus meritoꝝ: vl qꝛ
ceſſabit ſucceſſio rerum mutabilium. [Exibunt
angeli] de celo empireo ad conuocandum popu
lum iudicandum [ꝛ ſperabunt malos de medio
iuſtoꝝ.] O ꝗ dura ſeparatio quippe malis: qꝛ
irremediabilis: qꝛ irreuocabilis. [Et mittens
eos]. ſ. malos [in caminum ignis] inferni ꝛorẽ
dos ꝛ exiccandos: ꝛ ſic eccleſia purgata offerek
deo patri ſine macula ꝛ ruga tũc eum boni mit
tent in vaſa celeſtium manſionum: malis ſepa
ratis ꝛ detruſis in infernũ. Sic introductis pru
dentibus virginibus ꝛ excluſis fatuis claudet
ianua regni celeſtis. Et ſubdit de penis maloꝝ
cum dicitur. [Ibi erit fletus] pre ardore [ꝛ ſtri
doꝝ dentium] pre frigore. Tunc fero mali ꝛ e
nitebunt ꝛ ingemiſcent ſero ſibijpſis iraſcen
tur et indignabuntur quod tam pertinaci pro
bitate deliquerunt. Aperte in multis locis ſa
cre ſcripture dicitur de tormentis maloꝝ ne
qui ſe excuſet per ignorantiam: ꝛ toties com
memoꝝant ſupplicia gehennalia vt ſiſtamus et
anhelemus ad gaudia celeſtia. Deinde ponitur
concluſio principalis. ad hoc enim in predictis
parabolis perſcriptus eſt proceſſus eccleſie mi
litantis: vt apoſtoli qui erãt ipſius fundatores
poſt xpm intelligerẽt ꝗmõi pceſſum. vñ ſubiun
gitur. [Intellexiſtis hec oia?. ſ. parabolas predi
cras. q. d. ad vos ꝓtinet intelligere eas. Cũ glo.
ad apoſtolos ſit ſermo quos non tñ vult audi
re vt populos: ſed etiam intelligere. Et eſt argu
mentum ꝗ nõ ſufficit maioribus tñ audire ad
faciendum: ſed oportet etiam intelligere ad do
cendum. [Dicunt ei etiam. ſ. intellig. mus. Dein
de vtil exhortatione ad alios docendum cũ ſub
ditur. [Ait illis: ideo omnis ſcriba]. i. doctor. vt
enim dicit Au. apoſtoli ſunt ſcribe ꝛ notarij xpi
verbuꝝ eius ſignantes in tabulis cordium doct̃
ꝛ inſpiratus in his que neceſſaria ſunt ſibi ꝛ ali
is [in regno celoꝝ]. i. in eccleſia militante. vbi
tria dicit ꝗ ſit doctus per habitũ ſciẽtie: ſcriba
p officium doctrine: in regno celorum per meri
tum vite [ſimilis eſt homini patrifamilias]. i. mi
hi. ꝛ intelligit de ſimilitudine imitationis non
de equiparationis [qui proferet de theſauro ſuo]. i.
de ſcientia ſua in corde abſcondita [noua ꝛ vete
ra]. i. autoꝝitates noui ꝛ veteris teſtamẽti ex q̃
bus teſtamentis cõtexta eſt eccleſie ſagena. vel
ſm Greg. [noua] de ſuauitate regni [ꝛ vetera] de
terroꝝ ſupplicij vt. ſ. pene terreãt quos premia
non inuitant. vel [noua] per admonitionem vir
tutum [ꝛ vetera] per deteſtationem vitioꝝ. Ex
quo etz ꝗ epi qui ſunt ſucceſſoꝝ apoſtolorum
debent habere notitiam vtriuſq; teſtamenti: in
cuius ſignum portant mitram in capite cũ cor
nu duplici. Et bene comparat eum patrifamili
as: ꝗ ſicut pater familias hz paſcere filios pane
corporali ſic iſte paruulos fideles pane ſpiãli.
Portat̃ ergo dominus diſcipulos ꝗ parabolas
intelligunt vt alios docere ſciant: qꝛ ideo ſimi
les ei erunt ſi alios docebunt.

¶ Oratio.

O mine Jeſu xpe fac me de veteri vita
exire ne ſemen verbi tui qõ in meo i
rellectu boni propoſiti in meo affectu
boni operis qõ in meo actu ſeminaſti
comedatur a volucribus inanis glorie ne cõcul
cetur in via aſſiduitatis: ne areat in petra dure
obſtinationis: ꝛ ne ſuffocetur in ſpinis ſolitudi
nis: ſed potius ĩ terra bona ꝛ optima cordis hu
milis compatientis ꝛ hylaris centeſimum fru
ctum afferat in patientia: fac etiam me hec om
nia in parabolis dicta ſtelligere ꝛ facere ac ꝗ
bo vel ſaltem exemplo alios docere. Amen.

¶ De aduentu dñi in nazareth qñ legit in ſyna
goga eoꝝ ꝛ ipſi volebãt precipitare eum. Ca. lxv.

Et factum eſt cũ conſum
maſſet ieſus parabolas iſtas
tranſijt inde cum diſcipulis
ſuis: ꝛ abijt p patriã ſuã. ſ. ga
lileã [ꝛ docebat in ſynagogis
eorum] rum ppter plurium
ibi conuenientium vtilitatẽ
rum perper maiorem autori
tatẽ [ꝛ magnificabat] ppter doctrine ꝛ miracu
loꝝ excellẽtiã [ab oibus]. i. pluribus ꝛ de omni
ſtatu nõ tñ ab oibus vniuerſaliꝛ cũ mlti eũ ꝓte
nerent: ꝛ ſibi ꝓdicerẽt. [Et venit ĩ nazareth vbi
erat

Moraliter Imitanda tria.

Tormenta malorum.

Parabo. 3. Sagena.

Facere vel docere Augu.

Gregor.

Mat. 4. Mar. 6. Luc. 4.

erat nutritus [licet in bethleẽ fuiſſet nat?. [Et]
die ſabbati qñ plures cõueniebant [intrauit ſ̃z
cõſuetudinẽ ſuã in ſynagogã] q̃ erat locus oꝝ
nis ꝛ doctrine legis quib? iudei ſm pceptum le
gis vacare debebãt in ſabbatis. [Et ſurrexit le
gere] vt nõ ꝓdicaret ſeipm ſ̃bo ſuo tñ: ſed etiã
teſtimonio ſacre ſcripture: ergo nõ eſt legendus
in eccleſia niſi ſtando: ipſallere tũ poſſum? ſeden
do [ꝛ traditus eſt ei] a miniſtris quorũ offiũ hoc
erat liber Eſaie pphete] clauſus q̃ de xpo loqui
tur aptius: ꝛ ſm Hiero. nõ tã pphetia ꝗ euãgeli
ſta eſt dicendus. Miſtice ait ſm gloſ. iõ tradit?
eſt ei liber pphetic: vt oſtãderẽt eſſe q̃ locu? ẽ
in pphetis ꝛ ꝗ oẽs pphetie ad ipm ꝓtinẽt: et in
ipſo ſplenꝛ: ꝛ p ipm aperiunt. Itẽ vt in hoc oſtẽ
deret ꝗ oẽs pphete libros ſuos ei tradiderunt.
i. illi aſcripſerũt q̃cq̃ dixerũt. [Et vt reuoluit.]
i. aperuit libũ in quo intelligere dedit ſe illum
eſſe qui aperiret ꝛ ſcripturas] inuenit [non a ca
ſu ſed ex propoſito: qꝛ ſciebat paſſus ſcripture
loquentes de ſe [locum vbi] ſm tranſlationem
lxx. interpretũ] erat ſcriptũ: Spũs dñi ſup me]
ꝛc. put patebit infra. Circa qõ ſciendũ ꝗ iudei
expectãt illa q̃ eis pmittunt in hac prophetia ĩ
pleri p meſſiam que expectãt futurum ꝛ toti mũ
do tpaliter dñaturũ ꝛ educturũ iudeos de capti
uitate ꝛ poſiturũ eos in maxima gl'iat ꝛ honore
ſuper oẽs gẽes: ſed qꝛ tpo aduentus xpi trãſijt
iõ tpo hũc locũ cõuenienter de ſeipſo expoſuit
di. [Spũs dñi]. ſ. pñs [ſuper me]. ſ. requieſcit tã
ꝗ ductoꝝ ꝛ preceptoꝝ cuius exhortationib? ſem
per obedio [ppter qõ vnxit me] id eſt ſpũs ab in
ſtanti cõceptiõis plenitudine gratie in regẽ in
pontificẽ in pphetã: ꝛ in deitatis tabernaculus
[euãgelizare]. i. bona nũciare [pauperib?]. i. hñi
libus ꝗbus doctrina pficitũ ſupbis [miſit me]
qõ et ipſe pfecit di. beati pauperes ſpũ qñ. ipo
rũ eſt regnũ celoꝝ: ꝛ p hoc [ſanare] nõ tñ corpa
liter ſ̃z ſpiãliꝛ [contritos corde]: vulneratos a
pctis: ꝛ [ꝓdicare captiuis] a diabolo pctõꝝ cum
carcere ꝛ vinculis [remiſſionẽ]. ſ. ad pniam eos
reuocãdo [ꝛ viſus]. i. verã dei cognitionẽ [cecis]
i. gẽtilibus excecatis p erroꝛẽ [dimittere cõfra
ctos] ꝛ depreſſos importabili pondere legis [i re
miſſionem]. ſ. per gratiam noue legis alleuian
do [predicare annũ dñi acceptũ] annũ. ſ. benigni
tatis: qꝛ nũc tpo acceptabilem nũc dies ſaluris.

Iſte annus eſt totũ tpo eccliẽ ꝛ ſpãliꝛ ann? paſ
ſionis xpi in quo dñs placatus humano generi
ſoluta emẽda primi pcti [ꝛ diẽ retributionis] ex
tremi iudicij ſententiã cõminãdo ſm merita vbi
retribuet vnicuiq; ſm opa ſua. Tanguntur autem
hic ſex cõditiones quas debet habere ꝓdicator
vel prelatus. Prima eſt miſeroꝝ conſolatio ibi
[euangelizare pauperibus.] Secũda eſt penitẽ
tium cõfortatio ibi: [ſanare cõtritos.] Tertia ẽ
captiuoꝝ viſitatio ibi: [ꝓdicare captiuis remiſ
ſionem] Quarta eſt imperitoꝝ inſtructio ibi [ce
cis viſum.] Quinta eſt oppreſſoꝝ releuatio ibi:
[dimittere cõfractos.] Sexta eſt pigroꝝ exita
tio ibi [predicare annũ dñi acceptũ et diez retri
butionis.] Reuolutũ ergo libzũ legit: qꝛ palam
locutus eſt ꝛ oẽm veritatem docuit. Et inde pli
cuit libzũ in quo legerat in quo intelligere de
dit ꝗ nõ oia oibus ſunt ꝓdicanda. Hoc etiam fe
cit ad oſtendendũ ꝗ libzi ſacre ſcripture reuere
ter tractandi ſunt. Unde ꝛ iudei hanc reuere
tiam faciunt libzis veteris teſtamẽti qõ
nullo modo iuxta illos ſederent tã alte ꝗ libzi
ſunt positi: multo magis debemus nos reueren
tiã libzis euãgelij exhibere ꝗ tante eſt reueren
tie. vt ſm Chryſo. ſi euãgeliũ ſuſcipere oporteret
non lotis manibus nõ vtiq; eligeres hoc facere
Ex quo ptz ꝗ xpiani ſunt multum reprehenden
di qui nõ ſolũ libzos veteris teſtamẽti: ſed etiam
noui et ſacra euãgelia ita irreuerenter tractãt
et q̃q; irreuerenti? ꝗ libzos gẽtiliũ dãnatoꝝ
ſeu veſtes ꝛ multa alia rerũ trãſeuntiũ. Et bene
dicit reuoluit et plicuit nec dicit aperuit et clau
ſit: qꝛ libzi iudeorũ in rotulis ſunt [deditq; mini
ſtro] libzũ plicatũ: quia alijs tradidit euangelio
racula ptātis predicatur? vel [puenit in vos regnū dei]. i. aditus regni celoꝝ patefactus est vobis ⁊ credētibus. Probato ergo ꝙ demon non est actor miraculū: deide pñr ꝓbat xps multipli citer ꝙ ipse nō est minister diaboli ⁊ pria rō est talis. Minister nō est potētior actore: ſz xps potētior est diabalo ergo xps nō ē minister diabo li. Hoc aūt oſtdit sic. Nō eſt pōt quiſq; intrare in domū fortis] domum suā custodiētis ⁊ bona eius diripere niſi ꝑius] tāq; fortior [alligauerit fortē ⁊ tūc] eo victo [domū ⁊ vasa arma ⁊ spolia illius diripiet [auferet ⁊ distribuet.] Diabolus fortis est fortitudine naturaliuz bonoꝝ: de quo scribiſ in Job. ꝙ nō est ptās ſup terrā que ei cōpareť. Arma eius ſunt aſtutie ⁊ doli nequitiaꝝ ſpūalium ⁊ oēs ſpecies pctōꝝ. Domus ⁊ atriuz eius eſt mundus in quo principabatur vſq; ad ſaluatoris aduentū. Vasa ⁊ ſpolia eius ſunt homines obſeſſi vel decepti a diabolo. Quo custodiente atriū in quo ſicut in domo habitabat in pace fuerunt omnia ſua: ⁊ nemo ſibi reſiſtebat ⁊ adhuc [i pace ſunt] ad eum [oia que poſſidet] i. oēs peccatores qui ei obediūt ⁊ fauent. qz ſm Greg. illos pulſare negligit quos q̄to iure poſſide re ſe ſentit. Sed [fortior eo]. i. xps [ſuperueniens]. i. deſuper de celo veniēs [vicit eū] tentationibus eius viriliter reſiſtēdo ⁊ paſſionez ab eo ꝓcuratam patienter ſuſtinēdo: eoq; in infernū relegato ⁊ ſub pede oſti ptrito [vniuerſa ei arma]. i. callidiſſimas verſutias nequitie ſpūalis] in quibus ꝓfidebat] abſtulit eas cōpeſcēdo ⁊ detegendo [⁊ vasa eius diripuit]. i. peccatores diabolo ſubiugatos a ptāte eius eriſpuit [⁊ ſpolia eius diſtribuit]. i. peccatores priuz a diabolo captos diuerſis officijs eccleſiaſticis aſſignauit qz quoſdā apoſtolos: alios euāgeliſtas: hos pphetas: illos paſtores ⁊ doctores ordinauit. ſz Bedā diſtribuit ſpolia in regno eccleſie tā militātis ꝙ triūphantis in diuerſis dignitatibus ⁊ pmijs. Et qz xps iſta fecit ſequiť ꝙ potētior eſt demonibus ⁊ iō nō eſt minister eoꝝ: nec virtute eoꝝ egens ad ejciendū. Ex quo ēt ꝓcluditur ꝙ ipſe ſit vere xps ⁊ qz in aduētu xps poteſtas demonis erit diminuenda ⁊ arcenda. Nō ergo debemus eſſe ſecuri: qz aduerſarius noſter fortis victoriſq; vocibus cōpiobať nec debem? deſperare. qz princeps noſter fortior illo non dubitať vñ Lhzi. Non debet hoſtem timere fortē qui habet principem fortiorem. Sed vigilemus ⁊ laboremus ne fiducia principis fortioris contemnamus aduerſarium noſtrū. Nam ſi ptēnimus cōtra eū fortiores illo ſumus: ſi autē negligimus ille fortior inuenitur. Fortem eſſe diabolum nſra negligentia facit non illius potētia hec Chriſo. vñ ⁊ Grego. Diabolus cū ei reſiſtiť eſt debilis ſicut formica: cum vero eius ſuggeſtio recipitur eſt fortis vt leo. Et Hiero. Tentamēta ſi ad te reſpicias grandia ſunt ſi ad eum bellatorez fortiſſimum Iudus ⁊ vmbra ſunt. Deinde ponit ſecundā rōnē que talis eſt minister ⁊ auctor peccādāt in voluntate: ſz xps ⁊ diabolus habēt ꝓprias volūtates ergo xps non eſt miniſter diaboli. Et hoc eſt qd ōt. [Qui nō eſt mecū] in bono ſuenies mee voluntati [cōtra] ſeu aduerſum [me ē] ⁊ hmōi eſt diabolus qz xps vult aias ſaluare: ſz diabolus vult eas perdere. xps vult hoies a peccatis retrahere ⁊ ad virtutes reuocare: diabolus ad pctā trahere ⁊ per vitia diſtrahere. vnde Hiero. Hiero. Diabolus qui cum domino nō eſt: cōtra ipſuz eſt: qz ille vult aias tenere captiuas quas xps liberare deſiderat. Deinde ad idē ponit tertia ratio. Eadem ſunt opera actoris ⁊ miniſtri ſed non eadem xpi ⁊ diaboli: ergo xps non eſt operando eius miniſter. Et hoc eſt quod dicit. [Et qui non congregat ſeu colligit mecum] ſcilicet in fidei vnitatem: in eccleſie ſignū in oliue ſupernum [ſpargit ſiue diſpergit] ſicut lup? ⁊ hic eſt diabolus qui diuerſas ſectas ⁊ hereſes ac ſciſmata quantuz poteſt introducit. Diuerſa enim ſunt opera chriſti ⁊ diaboli: quia Chriſtus colligit diſperſa: ſed diabolus diſpergit colligata. Ille predicat idola: hic vnius dei notitiam. Ille trahit ad malum: hic reuocat ad bonū. His ergo ⁊ alijs modis diabolus eſt cōtrarius chriſto ⁊ non eſt ſecum per concordiam in voluntate ⁊ factoꝝ ideo non eſt ſecum: nec cooperatur ſibi in ejciendo demones ⁊ expellendo. vñ Chriſoſtomus. Qui igitur non mecum eſt nec? mecū congregat non erit mihi cooperator vt mecum demones deſiciat: ſed magis q̄ que mea ſunt ſpargere deſiderat. Deinde poſt inſtructionem veritatis ſubdit comminationez damnationis. Qz enim eos induratos ſermonibus inſuſibiles videt ad comminationes ad terrozes ſe conuertit ⁊ blaſphemiam ſpirituſſancti per quam peccabant dicentes opus ſpirituſſancti in beelzebub fieri: dicat omnino carere venia in hoc ſeculo et in futuro: intellige tamen niſi peniteant de peccato. vnde Chr. Quia dominus Phariſeis excuſando reſponderat iam eos terret. eſt enim hec correctionis non parua pars non ſolus excuſando reſpondere ſed ⁊ comminari. Dicit ergo quia non vultis acquieſcere rōnibus nec operibus: immo blaſphematis [ideo dico vobis] eraciter ⁊ pro certo [quod omne peccatuz ⁊ blaſphemia] ſcilicet procedens ex humana infirmitate vel ignorantia [remittetur hominibus] per penitentiam. i. remiſſibile paccatū eſt de ſeiq; non obuiat directe principio per qd fit pctōrum remiſſio ſicut obuiat pctſm in ſpſſiſctm cuius ſex ſunt ſpecies: ſcilicet deſperatio: preſumptio: obſtinatio: inalis impenitentia: inuidētia fraterne gratiet impugnatio veritatis agnite. vñ ſubditur. Spiritus aūt blaſphemie non remittetur. i. difficile ⁊ vix remittetur: qz vix aut nunq; tales penitēt: ⁊ hoc pctſm noc habet annexam excuſationis rō. Peccatum in ſe vel in alterum: blaſphemia in deum que eſt ſi ex ignoātia vel infirmitate dicitur ſimpliciter blaſphemia: ſi eſt ex certa malitia: dicitur ſpiritus blaſphemie. Unde blaſphemia erat in turbis ſed ſpiritus blaſphemie in phariſeis qui ſcientes ſcripturas ex invidia impugnabant opera xpi: ⁊ ex certa malitia blaſphemabant deum dicentes falſa de ipſo quando miracula diuinitus facta attribuebant diabolo: quod erat impugnatio veritatis agnite quedam ſpecies peccati i ſpſſiſctm. Blaſphemia quippe eſt per qnā de deo falſa dicuntur. Sed ſm Auguſt. raro iaz inueniuntur qui blaſphemant linguā: ſz multi vita. Quidam aūt blaſphemant ex coactione et hi peccant in patrē per infirmitatē que eſt cōtraria patris potentie: quidā ex deceptione: et hi tes peccāt in filiū p ignorantiā que ꝓtrariať filij ſapientie quidā ex ſtudio: et hi peccant in ſpirituz ſanctum per malitiam que eſt contraria bonitā in diuinis ſpiritu ſancti. Primū ⁊ ſecundū dimittetur digne penitentibus: qz ex aliqua circunſtantia remiſſione dignum eſt ſcilicet qz p infirmitatē vel ignorantiam cōmittitur eſt q̄ peccatuz attenuāt ſed tertium nō remittetur. i. remiſſione dignum non erit: qz circūſtantiam excuſantē nō habet. Inexcuſabiliter enim meretur ſupplicium qui ſi voluiſſet potuit vitare peccatum. vnde Bern. Potentia ad patrem: ſapientia ad filium: charitas pertinet ad ſpiritū ſanctum. Hoc eſt qd alibi dicitur: peccare in patrem: peccare in filium: peccare in ſpiritū ſanctū. Qñ eſt ex fragilitate peccamus in patrem: q̄ ſi cōtra potētiā peccam? q̄ ex ignorātia peccam? in filium quaſi contra ſapientiam peccam? q̄ ſi ex malitia peccamus in ſpſſiſctm peccam? quaſi ꝑ dilectionē. Et iō peccare in patrem ⁊ filiū hic ſiue in futuro remittitur: qz ex fragilitate vel ignorantia peccat ſicut aliquam excuſationem habet in culpa: ita etiā alieuā remiſſionē habere debet in pena: ſiue in hoc ſeculo ſi penituerit. vt facili? conſequat indulgentiā: ſiue in futuro: ſi in malo perſeuerauerit vt tollerabiliorē ſentiat penā. Qui ꝙ ex malitia peccāt eorū delicti nullā excuſationē hz: et iō pena eorū remiſſionē habere non debet: qz ſi penituerint in hoc ſeculo plena ſatiſfactiōe multādi ſuntiſ nō penituerint plena dāna tiōe in futuro ſeculo: nō qz penitētib? venia deneget ſz qz pleno peccato plena retributio debetur hec Bern. Spūs ergo blaſphemie nō remittet hoi: nō ꝙ ei negetur remiſſio ſi peniteat ſed quia hic blaſphemus exigentibus malis? meritis ſicut nunq; ad remiſſionem: ita ad penitentiam puenturus eſt vñ ait Johannes. Et peccatum ad mortem non pro illo dico vt roget quis ſm Greg. Pctſm ad mortē eſt pctſm vſq; ad mortē pro quo nō eſt rogandū qz ſz pctſm qd hic nō corrigitur eius venia fruſtra poſtulatur. Peccatum in ſpiritū ſanctū eſt obſtinatio vel pertinacia mētis in nequitia obdurate pcedēs ex preſumptiōe vel deſperatione. Qui enim ſpūmit de miſericordia dei promittens ſibi impunitatem putans ita deum peccata impunita relinquere eo ipſo obſtinatur. i. pertinaciter in pctō obdurat pctā pctis ſuperaddens et ita peccat ꝑ iuſtitiā ſpūſſctiqui ita miſericoꝝ eſt in iuſtitia ꝙ ē ↄiuſt? in mia q̄ oleū hz cū vino ⁊ viceuerſa. Qui aūt propter magnitudinē ſceleris deſperat de miſericordia dei tāq; magnitudo peccati ſui excedat magnitudinez miſericordie dei inde obſtinat pctā peccatis ſuperaddens: de peccato in peccatū effrenata libertate ruens quouſque ad cumulum damnationis veniat. Sed quanuis iota etiā trinitas pctā remittat: hmōi tñ pctſm ideo ſpecialiter attribuiť ſpiritui ſancto: quia ſpiritus ſanctus amor eſt patris ⁊ filij ⁊ benignitas vtrozumq;. Qui aūt deſperat vel pſumit ſpecialiter facit illi iniuriā cuius benignitati attribuiť remiſſio pctōrum qz putat eū inmiſericordē vel iniuſtuz: qz ſicut ex miſericordia peccata remittitur ita ex iuſtitia ea impunita nō reliquit: male ergo de iuſtitia vel mia ſpirituſſancti ſentit q̄ deſperat vel pſumit. Sicut ergo morb? incurabilis ōz qui directe tollit remedia p que expellitur morbus ⁊ curatur: vt cū tollit virtutez nature vt virium naturaliū: ita qui eſt ſup oia poteſt curare eſt ſic pctſm in ſpſſiſctm contēnit ⁊ excludit illa p que peccatū ōz curari ⁊ vita

ritur timorē diuine iuſtitie ⁊ ſpez venie ⁊ huiuſmodi: ⁊ nc ex ſui natura dicitur irremiſſibile: deus tñ ſua benignitate omne pctſm penitentibus remittit. vnde dicitur irremiſſibile quaſi de difficili ⁊ vix remiſſibile. De hac materia ſic dicit Auguſt. Dico charitati veſtre forte in omnibus ſanctis ſcripturis nulla maior: quaeſtio nulla difficilior inuenitur in eo ꝙ ait qui blaſphemauerit in ſpiritum ſanctū nō habet remiſſionem in eternum: non quocunq; modo blaſphemauerit reus erit hui? remiſſibilis delictiſz modo q̄ odam quem nos querere atq; intelligere voluit qui hanc ſententiam verā terribilemq; deprom pſit. In ſpiritu eſt ſanco quo in vnū dei populi congregať ejcitur ſpiritus immūdus q̄ in ſeipſz diuiſus ōz. Contra hoc donum gratuitum cōtra iſta dei grām loquitur coz impenitēs. Ipſa ergo impenitētia eſt ſpūs blaſphemie [que nō remitteturneq; in hoc ſeculo: neq; in futuro.] Contra ſpſm eſt ſctm quo baptizanť. quozū peccata oia dimittunť ⁊ quam accepit eccleſia vt cui diuiſerit pctā dimittanť eis: hū valde malū ⁊ nimis impiū: ſiue cogitatione ſiue etiam lingua ſua dicit quem patientia dei cū ad pnāz adducat ipe ſm duritiam cordis ſui ⁊ coz impenitens theſaurizat ſibi iram in die ire et reuelationis iuſti iudicij dei: qui reddet vnicuiq; ſecundum opera eius. Nec ergo omnino ipenitentia nō habet remiſſionē neq; in hoc ſeculo neq; in futuro: qz penitentia impetrat remiſſionē in hoc ſeculo que valet in futuro. Sed iſta ipenitentia vel coz ipe nitens ꝙdiu quiſq; i hac vita viuit nō pōt iudicari: de nullo eſt deſperandū eſt ꝙdiu patiētia dei ad penitentiā adducit: nec de hac vita rapit impiū qui nō vult mortē impij ſ̄ptū vt conuertatur ⁊ viuat. Iō aūt oē pſus pctſm ⁊ blaſphemia remittet hominibus: qz vbi hoc pctſm nō fuerit cordis ipenitētis contra ſpſm ſctm quo in eccl̄ia peccata ſoluunť: cuncta alia dimittuntur. Qſio aūt hoc dimittet qd etiā remiſſionez impedit aliorum. Oia ergo dimittūť eis in q̄b? hoc nō eſt qd nunq; dimittet. In q̄bus aūt ē qñ hoc nūq; dimittit: nec alia dimittunť: qz oiz remiſſio vinculo iſti? ipedit. Ideo pctſm oē atq; oīs blaſphemia dimittet hoibus in hac congregatione quā in ſpū ſancro: ⁊ nō aduerſum ſeipm diuiſio congregat xps. Ipſi? aūt ſpūs illa blaſphemia qua fit vt corde impenitenti: huic tāto dono dei vſq; in finē vite iſtius reſiſtat nō remittet. Unde ergo ſuffugiū eſt ne ſit irremiſſibilis blaſphemia: coz ipenitens caueat nec aliter pnia pdeſſe credat niſi vt teneat eccleſia vbi remiſſio pctōrum datur: ⁊ ſocietas ſpūs in pacis vinculo cuſtodit. hec Auguſti. Deinde ad refellendū ⁊ corrigendum phariſeorum errorē inducit ſniaz ſub ſimilitudine arboris: oſtendens ꝙ miracula ſua nō ſunt a ꝙtute maligna et diabolica: ſed a virtute bona ⁊ diuina. Unde dicit [aut facite arborē bonā: ⁊ fructum eius boſm: aut facite arborē malam: ⁊ fructū eius malū.] Loquiť vulgariter facite. i. dicite ſm ꝙ ōz iſte facit bonū. i. dicit. Arboz autem hic accipitur principiū ipſorum operum et dicere ⁊ efructus ipſa opera. Inter arborem ꝙ ⁊ fructuz ſtimare ſemper eſt ſimilitudo: qz arboz bona ſemper fructum bonū: ⁊ arboz mala fructū malū. ꝓducit: ergo qz opa miraculoſa q̄ xps faciebat: nō erāt mala ⁊ vana ſi cut q̄ fiunt arte magica ſz erāt bona ⁊ ſalubria. cōcludit ꝙ principiū p qd talia facie-

Christū nō eſt miniſtrum diaboli ꝓbat. Prima rō.

Diaboli fortitudo. Job. xlj.

Arma diaboli ⁊ diuitie.

Greg.

Beda.

Aduerſarius nſr fortis eſt ſed dominus fortior. Chriſo.

Hiero.

Secda rō.

Hiero.

Tertia.

Chriſo.

Chriſo.

Spiritus blaſphemie ſi irremiſſibilis. i. Jo. v.

Pctſm ad mortem. Greg.

Peccatum in ſpiritū ſanctū expreſumptione et deſperatione.

Pctſm in ſpſſiſctm.

Spiritus blaſphemie.

Cur in ſpiritū ſanctū dicitur.

Auguſt.

Auguſt.

Impenitentia.

Facere pro tem.

bat erat sctñ ⁊ bonũ. q.d. Considerate fructum arboris bone: et fructũ arboris male vt ex fructu cognoscatis vtrum sit bona an mala: q ⁊ [ex fructu arbor cognoscit]. Sic ⁊ cõsiderate op⁹ actoris vtrũ sit bonũ vel malũ: q ⁊ op⁹ bonũ pcedit a bono principio: ⁊ malũ a malo: ⁊ sic ex bonitate operũ que ego facio potestis ppẽdere q ñ ⁊ p quã ea facio nõ est mala sed bona: et ex operib⁹ q̃ fiũt p artẽ magicã cũ sint mala et vana potestis ppendere q̃ fiunt virtute maligna: opus ergo eijciendo demoniacum cũ sit bonum non est a malo principio quale est demonũ: sed a bono principio qõ est spũsanct⁹. Male ergo dicitis: q ⁊ ego in beelzebub deijcio dẽonia. Ubi augu. In b ãmonuit nos dñs vt bõe arbores simus et bonos fruct⁹ habere possimus. Ubi essi ait. Facite arborẽ bonã et fructum eius bonu ⁊ est preceptũ ⁊ salubre cui obedientia necessaria est. Q ⁊ autẽ õt facite arborẽ malã et fructũ eius malũ non est pceptũ vt faciatis: sed monitio vt caueatis. Hec augu. Deinde quasi explanãdo et aptãdo dictã similitudinẽ phariseis oñdit falsitatis eorum radicẽ: radix essi ista erat inuidia ⁊ odiũ: q ⁊ pharisei ⁊ legisperiti prio cognouerũt xp̃m: tũ q ⁊ cepit repehẽdere vita eo⁹ iõ cepeũt odiũ ⁊ inuidia ꝗ ipm ex quib⁹ execati ceciderũt a prima uoritia in errorẽ: q ⁊ talia puertũt iudicũ rõnis rectũ: ⁊ ex tñc inceperũt oia facta ei⁹ interpretari in malũ ad diffamandũ xp̃m. Ostẽdit ergo illos esse malã arborẽ ex mala radice: ⁊ malos fruct⁹ dare cũ in intẽtione cordis eorum malitia abundet inuidie dicẽs. [Progenies seu genimina viperarũ]. i. venenati filij venenato⁹ iudeorum: quia venenum inuidie ex vestris parentibus traxistis qui persecuti sunt prophetas ex inuidia: et vos ex eadem ratione persequimini me patrẽ xp̃m: ⁊ matrem ecclam [quõ potestis bona loqui cũ sitis mali⁹]. q.d. Non potestis de me bona loqui inuidia pbidente: cũ essitis arbor mala non poteritis fructũ boni facere: vtilia quidẽ alijs possunt loqui: sed nõ meritoria sibi. Ubi chrysostom. Non potest fieri vt alia germina producantur: nisi qualis fuerit radix in terra. Volunt as enim hoi ⁊ radix est: verba aũt et opera fructus sunt voluntatis. Jõ quale cor vnusquiq̃ habuerit talia ⁊ verba loquitur et opera facit. Hec chrysosto. Et ideo subditur. [Ex abundantia essi cordis os loquitur.] q ⁊ verbũ exterius est significatiuum interioris conceptus. q.d. Cor vestrũ plenũ est veneno et eructat de pleno. A parte aũt totum intellige. s. per locutionem oris: locutionẽ cordis: et locutionem operis. Per oris eni locutionẽ vniuersa que actu vel cogitatu vel sermone de corde proferuntur dominus significat. Nam verbum pro facto qñq̃ poni solet. Unde Esaias de Ezechia. Non fuit ñbum qõ non oñderet eis id est res digna verbo. Ubi chrisso. Et vide ad maiores accusationem malorum: et maiorem laudem bonor̃ q̃ dicit. [Ex abundantia cordis os loquitur] id est cum homo locutus fuerit verbum boni vel malũ ne putes: q ⁊ tñ boni vel mali habet in cor de: quantum ostendit in verbo: sed multo amplius. Ex abundantia essi boni vel mali qui est in corde sermo procedit. Quod exteri us cicitur est superfluẽtia eius quod intus est. In quo eos vehementer tetigit. Si enim quod dictum est ab eis ita malum est: ter cogita radicem verbor̃ q̃ est mala. Hec chrysosto. Et ideo vt dicit Greg.

August. ñ. Bone arbores vt sim⁹ monet.

Chrysosto.

Verbum p facto.

Chrysosto.

Greg.

Curandum est ⁊ omni custodia mens seruanda. non enim ante oculos dei transuolant cogitationes nostre: et nulla momenta temporis p animũ transeunt sine statu retributionis. Et q [ex abundantia cordis os loquitur] ideo bene sequitur. [Bon⁹ homo de bono thesauro] id est de bona intentione et voluntate que sicut thesaurus absconditus latet interius in mente [profert bona] cogitationis: locutionis ⁊ opis [⁊ malus homo de malo thesauro suo profert mala] q ⁊ rie cause habent cõtrarios effectus. Acsi dicat. Vos mali estis: ideo de thesauro cordis vestri non nisi mala profertis. Sm hlo. Thesaurus cordis est intentio ex qua deus iudicat opa. vñ alij qñ minora maiorem: ⁊ maiora minorẽ habeant mercedem. Sepe essi maiora in genere minori fiunt charitate ⁊ conuersio: sicut sepe alijs malori charitate dat elemosynam q̃ alius cantat missam: ideoq̃ hic magis meretur de elemosyna quas ille de missa. Ubi paupercula vidua dãdo duo minuta pacificata est diuiti zecheo: quia deus nõ pensat quantũ: s ⁊ quãto. De pdicta similitudine arboris et alijs iam tactis habes etiam supra circa finẽ sermonis dñi i mõte vbi plura de his videre poteris. Postquã aũt pcessit probando ⁊ arguendo: cõsequẽter pcedit cõminando ne credant paruũ vitiũ male loqui et mala verba non puniri. Ita ergo malus profert mala verba: que quidem non sunt paruipendenda: qñ de omni verbo ocioso [non tñ pernicioso [reddent homines rationem] quod erat valde difficile: quia loqunti sunt sine ratione: vel [reddent rationem]. i. soluent [in die iudicij] penam quod iudiciũ erit terribile: ⁊ fine spe venie. Si aũt õt q̃ verbum ociosum est: quod rõne vacũ est: ergo de eo nõ debet querii: nec põt ratio reddi respondendum q̃ licet ociosum sit ratione vacuum: tñ q ⁊ verbum debuit habere rationes: iõ de ipso exigitur ratio: ⁊ c̃ omissionis rationis. Et ex hoc patet q̃ longe magis verbum nociuũ ⁊ criminosum acriter punietur: ⁊ reddet homines in die iudicij cõdẽnabiles quale est verbus eorum quo opera spiritusanct calumniabant ⁊ blasphemabant dicentes [in beelzebub eijcit demonia. Et est sensus sm Hierony. Si ociosus verbum non est absq̃ periculo eius qui loquitur: et in die iudicij reddet vnusquisq̃ rationes fermonum suorum: quanto magis vos redditu ri estis rationem calumnie vestre. Caueũt ergo sibi detractores opera proximorum minuentes vel infamantes dicẽ o illa esse facta in hypocrisi: vel pro vana gloria vel aliquo indebito fineret ira in beelzebub demoniorum principe. Si enim ita i dicat dñs de verbo ocioso quãto magis de nociuo et criminoso? vt autẽ dicit Hieronym. Ociosum verbus est qõ sine vtilitate loquentis dicitur ⁊ audiẽtis: tñ omissis serijs de rebus friuolis loquamur ⁊ et fabulas narremus antiquas. Ceterum qui scurrilia replicatiet cachinnnis ora dissoluit ⁊ ⁊ aliquid pfert turpitudinis: hic non ociosi sermonis sed criminosi tenebitur reus: ideoque in verborum pondere probatio consistit humane vite. Et iterum. Quicqd nõ edificat audientes in periculum vertitur audientium. ⁊ Origenes. Inanis est omnis sermo in quo non est intrinsecus aliquid pro eo vl p dei mandato. vnde etiam Gregor. Ociosum verbum est quod aut ratione iuste necessitatis: aut intentione pie vtilitatis caret. Et si de vera

Thesaurus cordis.

Luc. xxi. De quo Lucas.

Ñ rõne da de omni ñbo ocioso. Verbum ociosum.

Os custodiendum est nobis. Ergo.

Ps. cxl. Chrisso.

Orige.

Loqui de secularib⁹.

Ambro.

Detractio pericula.

Detractio vitanda. August.

Detractor non audiendus.

Ociosum verbum.

Origenes.

Greg.

bo ocioso ⁊ cogitatiõe minutissima reddẽda est rõ in die nouissimo: pensandum est quanta pctã sequant multos. Sic essi deus vniuiusq̃ vias ꝓsiderat: sic gressus enumerat: vt nec minutissime cogitatiões: aut tenuissima verba que apõ nos viluerũt eius iudicio indiscussa remaneãt. vñ ⁊ Chrisso. Ociosum verbũ intelligit nõ malus: ⁊ bonũ qõ non opat. i. quod non edificat audiẽtẽ. Si ergo p bono verbo ⁊ ocioso rõnem sum⁹ redditurí quid superamus de malo? Et si de malo verbo rõnẽ daturi sumus quid speramus de opere malo. hec Chrisso. Et iõ cauendũ est a ñbis ociosis ⁊ malis. [Ex verbis essi tuis] si fuerit bona ac bonitate mentis ꝗsona: ⁊ sub debitis circstatijs prolata [iustificaberis]. i. mereberis] vel tãq̃ iustus remuneraberis [⁊ ex verbis tuis cõdẽnaberis] si fuerint mala ⁊ predictis ⁊ praria.

Prouer. 18. ¶ Scriptum est essi q ⁊ mors ⁊ vita in manib⁹ lingue. Et iõ ex sermonibus tuis iustificaberis vel ꝓdemnaberis qõ oim est iustissimũ: ⁊ essi tu dñs es: ⁊ dicẽdi: ⁊ non dicẽdi. vñ Chrisso. Mansuetũ iudiciũ non est ex quibus alius dicit de te: s ex quibus ipsemet locutus es calculatiões iudex feret: ⁊ tu dñs es dicẽdi. Et iter. Unusquisq̃ q̃ hoim ex volũtate sua sola aut pctõ aut iust⁹ puincit: Cõuincit aũt vniuscuiusq̃ pctõris voluntas testimonijs tribus. i. cogitationũ: ñbor̃ ⁊ operũ. hec Chrisso. Hic ergo docemur vt os nr̃s custodiam⁹ ne verba otiosa vel mala loquamur: q ⁊ sicut vas qõ nõ operiẽ cito immũdũ fit: ⁊ q̃ quid est interius frigescit: sic est ⁊ de corde nisi os qõ est eius opculũ teneat cũ discreta custodia clausum. Et vt õt Greg. Ab omni rectitudinis stau pereunt qui per noxia verba dilabunt. Et iõ frequẽter orem⁹ dicẽtes. Pone oñe custodiã ori meo: ⁊ ostiũ circunstãtie labijs meis. vñ Chrisso. Magis vtiq̃ virgie aliqua custodi linguã Equus est regalis lingua. Si igitur imposueris frenũ ⁊ docueris ambulare cum bona compositione quiescit super eam ⁊ desuper sedebit rex. Si aũt infrenatã dimiseris ferri ⁊ saltaret diaboli ⁊ demonum sessio fit. hec Chrisso. vnde ⁊ Origẽ. Eorum qui verba dei loquũtur os deus aperit: illorum vero qui loquuntur mendacium: ⁊ falsum testimonium: ⁊ curritates: ⁊ turpitudines susurronũ quoq̃ detractorum: ⁊ eorum qui ocia loquuntur diabolus os aperit. Magnum ergo periculum est loqui de secularibus ⁊ vanis: cũ multa sint diuina ⁊ vtilia de quibus loqui possumus. vnde Ambro. Non mediocre periculũ est cum tanta habeamus eloquia dei et opera que fecit his pretermissis loqui que seculi sunt. Et maxime a verbis detractor̃ ꝗs cauere debemus ne male loquamur de alijs. vnde August. Uide quomodo irasceris si quis de te mala loquatur Quomodo irasceris alteri ⁊ quando de te male loquitur: sic irascere quando de altero male loqueris. Et non solum cauere debemus ne verba detractoria loquamur ⁊ sed etiam ne audiamus quia si non esset auditor non esset detractor. vnde Berñ. Detrahere ⁊ detrahentem audire quid horum dãnabilius sit non facile dixeris Et iterum. Lingua detractoris ⁊ auris auditoris: ⁊ diabolus sedet super vtranq̃. Cauendũ est etiam valde a verbis contentiosis et rixosis: q ⁊ occasionem dant multis malis. vnde Chrisso. Cõtentio est alteratio longa. Nascitur aũt ex vana gl̃ia que õt amor victorie. Nemo essi diu contẽdit nisi qui vincere concupiscit. Gloriaꝗ tibi putas esse si viceris. sed occidisti gladio amicum ⁊ amicitiam eius in ipsor̃: ideo quasi de amico occiso dabis rõnem. Nã si hoiẽm non occidisti ferreo gladio: amicum tũ occidisti gladio contentiosi sermonis. hec Chrisso. Multum insuper cauere debemus ne proximus verbo vel dogitatu iudicemus. vnde Chrisso. Et sermonibus tuis condẽnaberis ait. Non audis qñ ⁊ phariseus vera locutus est: sed tñ vltimam dedit vindictam. Et enim habet iudicem qui deliquit. Ne igitur capias dignitatem vnigeniti illi iudicij thronus cõseruatus est. Sed si vis iudicare est tibi iudicium multum lucrum habens. Sedere fac in conscientia tua intellectum discernentem: ⁊ affer i mediũ oia delicta tua: ⁊ inuestiga oia pctã aie ⁊ expete cũ diligẽtia noxas ⁊ dic. Propter quid hec ⁊ tu facere ausus es? Et si hec quidem fugerit omniatque autem aliorum sunt inuestigauerit dic ad eam. Non pro his te indico: nõ p his intrasti te accusatura. Quid essi ille debeat: ⁊ cur hec ⁊ hec deliquisti? Excusantem te accusa: quia tuipsius sunt intuere non que alius dicit. Et continue in hanc deduc agoniam. Deinde si nihil haberere dicat: sed retardatur dilania eam velut quandam ancillam elatam ⁊ fornicariam Et hoc sm vnãquanq̃ die pstitue iudiciũ: ⁊ subscribe flumen ignis: vermen pscientie. venenũ emittentẽ: ⁊ alia loca tormentor̃: ⁊ ne dimittas eã esse cũ diabolo. Et si voluerit hec audiẽs nec subtrahas manũ. Nõ essi mozieẽ si percusseris a morte aũt eã eripies. Et paruor̃ magnas expete noras vt neq̃ ppe magna duemat. Si hec feceris sm vnãquãq̃ diẽ cũ libera platiõe stabis secus tribunal illud terribile. Ita paulus factus est purus: ppter hoc ⁊ dixit. Si nosmetipsos iudicaremus non vtiq̃ iudicaremur. hec Chrisso. ¶ Moraliter aũt in verbis siue in loquẽdo artendenda sunt quinq̃. i. quid: cui vbi: quando ⁊ qualiter dicatur. Isti sunt quinq̃ digiti in manu lingue. Quid determinata apostolus dicẽs Sermo vester sit semper in gratia sale pdit⁹. i. grat⁹ vtilis sine otiositate. Otiosa sunt omnia que aut inutilia: aut ꝗonestata: aut nociua sunt. Inutilia sunt que nec loquentibus nec audientibus prosunt ⁊ inꝗonesta que nec dignitati loquentis: nec audientis pueniunt. Nociua sunt que vel ad errorem vel ad paupertatem ducũt. Cui determinat sapiens dicens. Cum stulto ne multum loquaris. Qui ergo cum alio loquitur consideret an propter se ⁊ vel propter alium loqui habeat: Si propter illum: vtrum sit talis q̃ sua correctione indigeat ⁊ vel qui correctionem non recipiat. Ubi quedaꝗ essi sunt loca: vbi nullo mõ vt in sanctuario: quedam vbi raro vt cũ uiuio: quedã vbi moderate: vt i locutorio est loquendũ. Quod determinat ecclesiastes dicens. Tempus tacendi ⁊ tp̃s loquendi. Tacendum est aliqñ propter auditorum infirmitatem: aliqñ p pter vitandã precipitationem: aliqñ ppter persone alterius reuerentiam ⁊ aliquando propter auditorum indignitatem. Quõ aũt loquendum i. quo gestu: quo sono: qua significatione. Sit ergo gestus simplex ⁊ humilis: sonus miris ⁊ suauis: significatio vera ⁊ dulcis. Compendiũ aũt oim predictorũ hoc esse videtur: vt tardet ⁊ raro quis loquat. vñ Sene. Summa summarum hec est: tardiloquus te esse iubeo. Et iter. Quicquid dicturus es antẽ alijs dixeris tibi. Magna est res vocis ⁊ silentij temperamentum. Et

Chrisso.

Berñ.

Contentio vitanda.

Chrisso.

Iudicatio vitanda.

Chrisso.

Johan. 5.

Accusa ⁊ iudica teipsum.

Ñ

I. Cor. II.

Moraliter Quinq̃ artendẽda locuturo.

Quid Col. 4. inutilia.

Inꝗonesta

Nociua.

Cui loqueris.

Eccle. 22.

Ubi loqueris.

Quando loquendum. Eccl. 3.

Quomodo loquendũ.

Loquendũ raro.

Seneca.

iterſi. Quod tacitum eſſe vis: memini diceris: q̃ non poteris ab alio exigere ſilentium: ſi tibi ipſi nõ preſtas. hec Seneca. Sed heu ſunt aliqui nõ ſolũ ſeculares: ſed ⁊ religioſi qui q̃ñ ẽt ſiue cã rõnabili alijs irati torquos oculos ⁊ vultus oſtẽdunt: ac inſup dẽtibus ſtridẽdo voces furioſas emittũt ⁊ ſic demonẽ qui int̃ eos poſſidet iactãs extra pdũt. Ibi tales bñ in hoc Daciano in beatũ Vincentiũ ſeuienti aſſimilant. de quo in ſermone Aug. ſic dr. Per furioſas eñ Daciani voces: per truces oculos ⁊ minaces vultus: ⁊ totius corpis motus ille habitator eius interior mõſtrabat ⁊ p hec ſigna viſibilia tanq̃ per ſui vaſculi q̃ dõ impleuerat crepãtis rimulas videbat. Hec Aug. Tales ẽt q̃ñ ſuis linguis acutis parcunt: ⁊ ſe abſcondentes taciturnitati inſiſtit ac ſilentium q̃ dõi boni ex religionis obedientia deo ſacrificant: ipſi ex peruerſitatis malitia demonijs ⁊ non deo immolant. vnde in collocatione abbatis Joſeph de amicitia ſic de talibus dicitur. Illud vero quale eſt q̃ interdum patientes eſſe nos credimus: q̃ rñdere ꝛtemnimus laceſſiti: ſed ita cõmotos fratres amara taciturnitate: vel motu geſtuq̃ irriſorio ſubſanam? vt eos magis ad iracundiam vultu tacito prouocem? q̃ tu mida potuiſſent incitare cõuitia in eo nos eſtimantes minime apud deum reos: quia nihil oze prõtulimus q̃ nos notare hoĩs iudicio aut cõdemnare potuiſſet. Ita igitur tacere nihil p deſtiſi idcirco nobis indicimus ſilentiũ: vt q̃ agendum conuitio fuerat hoc taciturnitate faciamus: aſſimilantes quoſdam geſtus quibus ⁊ ille quem curare nos oportuit vehementioze in ardeſcat iracundia. Utq̃ enĩ tale ſilentiũ erit equaliter noxiũ: q̃ ſicut exaggerat in alterius corde triſtitiã: ita in ſua non permittit extẽgui. Nonnulli quoq̃ cuz triſtificati fuerint vel irati ab ipſo etiam pertinaciter abſtinent cibo. In q̃ plane ſacrileg̃ crimen euidenter incurrunt: ieiunia ſcz que ſoli deo p humiliatione cordis et purgatione vitiorum ſunt ſpãliter offerenda p diabolico timore tolerantes. Q̃ tale eſt ac ſi oſtenſa q̃ ſacrificia non deo: ſed demõibus deferant: illam quoq̃ Moſaicam increpationem mereantur audire. Sacrificauerunt demonijs ⁊ non deo: vijs quos ignorabant. hec vbi ſupra. Sic ergo predicti miſeri tam peruerſe litigãdo q̃ malicioſe tacẽdo demonibus ſeruiunt q̃ vtrobiq̃ ſe ingerẽdo eis illudũt. Quorũ illuſiões nõ incurrerẽt ſi nõ fictã ſz verã humilitatem ⁊ charitatem haberent: q̃ nec tunc ad tantam inpatientiam deuenirent. Et q̃ adhuc peius eſt tales ſepe abſq̃ fratris offenſi reconciliatione accedunt ad altare: ⁊ ſic accedentes iudiciũ ſibi mãducant ⁊ bibunt. Et inſuper a diabolo excecati q̃ñ ſe excuſando dicunt: q̃ nihil aduerſus alium hñt non inteligentes q̃ fm euangelium attendere debẽt ſi alius aduerſus eos quid habet. Auferẽ dñe opprobrium taliũ peruerſorum a religione ſeruorum tuorum. ¶ Oratio.

Dacianus. Augustin?

Silentium malignor?

Ieiunia diabolica.

Deut.32.

1.Cor.10.

Vera virtus eſt e a me demonium p ꝓtritionẽ: o verbũ p̃ris ſana mutus p confeſſionẽ: o intima lux illumina ceci p ſatiſfactionem ⁊ vt fortis armatus me non poſſideat vniuerſa arma eius. ſ. vlyres ale mee interiores: ⁊ corpis ſenſus exteriores in tuũ puerte obſequiũ. Opto ẽt ⁊ deſidero dealtiſſime: ⁊ quotienſcunq̃ malignus ſpũs abominãdas cogitatiões blaſphemie mihi inuiſerit totiens ex voto oĩm deſiderior meor ineffabilis laus ⁊ gr̃a actio tibi ſit in ppetuas eternitates: ⁊ blaſphemia ſua fecũ ſit ĩ pditionẽ. Amẽ

¶ De Judeis ſignum de celo querentibus ⁊ de ſpũ immũdo oliſ eiecto ab eis. Cap. lxxiij.

Initis autem verbis domini aduerſ? blaſphemiã ſcribax ⁊ phariſeor quidã ex eis pcaciores volẽtes experiri voluntatẽ xpi ⁊ capere eũ dixerũt [magiſter volumus a te ſignũ videre]. ſ. non quodcunq: ſed de celo. Reputabant eñ miracula xpi parua eo q̃ erãt vt cõiter circa iferiora: vtpote circa ſanitates corpor ⁊ ſimilia. iõ q̃rebãt ab eo ſigna fieri circa corpora celeſtia forte manna deſcendere vt tpe moyſi vel ſonare tonitrua ſicut tempore ſamuelis q̃ magnũ fuit ĩ paleſtina tpe eſtatis ppter defectũ materie ⁊ potentia agentis. ſ. ſolis oẽs vapores cõſumẽtis: vel ignẽ de ſublimi deſcendere vt tpe helyeus: vel ſolem ſtare ſicut tpe ioſue vel retrocedere vt tpe ezechie: q̃ alia hmõi quaſi nõ poſſent ⁊ illa calumniari ⁊ dicere ex occultis ⁊ varijs paſſiõibus acciditſſe. Nã qui calumniat̃ eis que oculis videt manu tenet vtilitate ſentit quid facturus eſt de his que de celo venerint. Utiq̃ rñdebit ⁊ magos in egypto multa ſigna feciſſe de celo: ⁊ calumniabit alio mõ. vñ Chrſi. Cum multa ſigna vidiſſent tam q̃ ſi nullus vidiſſent ita ſignũ petebant. Vere eñ nullum viderunt: q̃ corporali aſpectu viderũt nõ ſpiritali affectu. Ubi ſciendũ q̃ aliqui malignantes detrahebant miraculis chriſti dupliciter. Uno mõ attribuebãt ea ñ̃tuti demõis vt viſum eſt ſupra in precedenti capitulo. Alio mõ reputãdo ea parua: vt dicitur hoc loco. Iſti eñ ac ſi ſigna eius nõ vidiſſent vel quaſi que videram parua vel nulla fuiſſent tenantes eum de celo ſignum querũt: non ex deuotione vt ex hoc credant. Sed magis ex curioſitate ⁊ vt facilius q̃ primis cõtradicant. Adulantes autem dicũt magiſter vt blanditijs alliciant quẽz conuitijs blaſphemauerunt. vñ Chriſ. Ibi quos oportebat admirari ⁊ obſtupeſcere ⁊ credere: nunc a negãtia non deſiſtunt. vnde autem verba ⁊ adulatione et ironia ſunt plena. putabant enim allicere per hoc. Et nunc quidem conuiciant: nunc adulantur: nũc aũt demoniacũ vocãt: nũc magiſtrũ vtraq̃ pernicioſo cõſilio ⁊ ſi contraria ſint que dicebanẽ ppter hoc ⁊ eos vehementer tetigit. hec Chriſo. Et q̃ male querebant ideo non dat eis ſignũ: ſed [fidens ait illis. Generatio mala] in opere [⁊ adultera] in fide: q̃ relicto proprio viro ſ. deo idolis ſeruiebant: ⁊ ſi idola nõ colebãt tamen a vero ſpõſo chriſto ſe alienabant [ſignum de celo querit] ad calumniam contra me quaſi alia que viderunt ſigna non fuerint. Unde q̃ñ cum iudei xpo cõuiciabantur dicentes in pñcipe demoniorum eijcit demones: mansuete eis respondet per rõnes improbans dictum eorum: xpo. hic vero eñ laudando adulant magiſtrum vocãtes aſpere eos tãgit demõſtrãs fm Chri. q̃ vtraque paſſione erat ſuperior ⁊ neque conuitijs in iram conducitur neque adulatione mollitur: in quo oſtendit amplectenda eſſe opprobria ⁊ adulationes vitandas. Iſam vt ait Chri. Uir ſapiẽs in faciem cediturũ q̃ñ in facie laudatur. Non ſic multi maiores huius tẽporis faciunt qui bona

Mat.12.

Exo.16. 1.Reg.12. Joſue.14. re.1.4.re.2.

Chriſo. Miracula xpi deteriori eſt impliciter.

Mat.17.

Mar.vl.

Jone.2.

Dr nec doctor.

Chriſo. Verba phariſeorum.

Nota cũ blandiens

Chriſo.

Adulatores vitãdi

fuadentes

ſuadẽtes: contẽnunt ⁊ eis tanq̃ cõuiciantibus irascũtur: ſed mala ſuggerentes audiunt ⁊ eorum adulatione molliuntur. Utinã attendereẽt cõſiliũ ſapiẽtis qui dicit. Melius eſt a ſapiente corripi q̃ ſtultorũ adulatione decipi. deinde ſubinngit. [Et ſignũ nõ dabit ei] ſcz poteſtatis ⁊ de celeſtibus quale petit ad calũniam [niſi ſignus Jone pphete] quod fuit humilitatis ⁊ abiectionis contra eorum ſuperbiam. q. d. Tu generatio prava petis ſignum celeſte: ⁊ ſignum potentie vel glorie de ſublimi: ⁊ tibi non dabitur niſi ſignũ terrenum: ⁊ ſignum paſſionis ⁊ infirmitatis ſignificatũ ſigno ⁊ facto Jone prophete. Jonas eñ fuit niniuitis ſignum dupliciter ſcz verbo ⁊ facto. Verbor q̃ viua voce eis ſignificauit q̃ peterent niſi conuerterentur. Factor: eo q̃ fuerit in ventre ceti tribus dieb? ⁊ noctib?. Ubi fuerũt tria: ſcz abſorptio: detentio: euomitio. Abſorptio fuit ſignũ mortis xpi detentio ſepulture: euomitio reſurrectionis. Et ſic dabitur eis ſignum. i. ſignificatio in facto Jone: vt ſcz conuertantur ⁊ ſaluentur. Non hoc eſt dictum quaſi alia ſigna ante mortem chriſti non fuerint data: ſed quia mors ⁊ paſſio xpi fuit ſignum precipuum ⁊ vltimum ⁊ ſignum ſignorum in quod omnia ſigna ducebant: ideo dandum iudeis dicitur quia ſi illi crederent ſaluarentur: ſi non crederent dãnarentur. ſicut Jonas fuit ſignum niniuitis: vt ſi vellent credere ſaluarentur: ſinguam ſubuertentur. Non ergo dat eis ſignũ diuinitatis de celo q̃ querebant: q̃ ppter eorũ curioſitatẽ et malicias videre indigni erant: ſed de abyſſo maris ⁊ profundo inferni quale Jonas a ceto vomitus: ſed abyſſo mortis liberatus: ⁊ accepit ⁊ dedit ſignum: videlicet incarnationis: non diuinitatis: paſſionis: non glorificationis. Diſcipulis autem ſuis ſignum de celo dedit quibus eterne beatitudinis gloziam: ⁊ prius figuraliter in mõte tranſfiguratus: ac poſtea veraciter in celum ſubleuatus oſtendit. Quia enim iudei terreni ⁊ infirmi erant: iõ de terrenis ⁊ infirmis ſignum debebant habere. Unde dat eis ſignum de ymo ſue paſſionis ⁊ ſepulture dicens. [Sicut enim fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus ⁊ tribus noctibus: ita erit filius hominis in corde terre tribus diebus ⁊ tribus noctibus] per ſynecdochen accipiendo ſcz partem ſexte ferie: ⁊ totam diem ſabbati: ⁊ partem diei dñice reſurrectionis pro tribus diebus ⁊ noctibus. Per iſtos qui querebant ſignũ de celo ſignãtur curioſi ⁊ ſuperbi qui ſupra vires celeſtia rimantur: ⁊ nimis curioſe diuina ſcrutantur de celo: ⁊ celeſtibus ac ſecretis diuinis diſputantes: vel de reuelationibus ⁊ viſionibus ſpũmẽtes omiſſa via ⁊ ſcz preceptis oñ ⁊ conſilijs quibus venitur ad illa ꝓpter q̃ opprimuntur a gloria: quia per hoc aliquando labũtur in erronea documẽta: vel q̃ñ q̃ in peccata ſpiralia ⁊ carnalia: propter q̃ dr eis [generatio mala ⁊ adultera ⁊c.] q̃ querũt que non ſunt ſcibilia: nec ad fidem vel mores ꝓtilia. ⁊ ideo non dabit̃ eis ſignum niſi ſignum Jone prophete quẽ de gluruit cetus: ⁊ ſic deluſit ⁊ deglutit eos diabolus. Deinde iudeorum malitiã quã obſtinatã ⁊ obduratam dñs prenuidit exemplis quibuſdam cõdẽnat: q̃ cõuerſio niniuitarum ⁊ factum regine austri oſtendit iſtos in iudicio quo oẽs tã boni q̃ mali ſurgent graui? puniẽdos: ⁊ condẽnabit eos. oſtendet condẽnandos: q̃ ex illor? facto apparebit iuſta illorũ condemnatio. vnde dicit. [Viri niniuite] q̃ ſunt aſſiri [ſurgent] ſcz in reſurrectione generali [in iudicio] futuro [cum generatione iſta] ſcz iudaica cum qua ſil? tunc ſurget [⁊ condẽnabunt eam]. i. condemnandã oſtendent: ſcz primo ex comparatione ppli ad ppli: q̃ ibi niniuite: gentiles: et barbari: hic iudei ppl's dei. Scõo ex comparatione predicantis ad predicantem: q̃ ibi Jonas propheta purus hõi: hic xpS dñs pphetarum deus ⁊ hor: vbi Jonas pegrinus: hic xpS cõtinuis ſuus. Tertio ex cõparatione predicationis ad predicationẽ: q̃ ibi Jonas tñ tribus diebus: hic xpS tribꝰ annis predicauit. ibi Jonas nullum miraculũ: hic xpS multa fecit. Quarto ex cõparatione effectus ad effectũ: q̃ illi egerunt penitentiam: iſti ñ nõ: ſed etiam addiderunt blaſphemiam. vbi Chriſ. Illi pphetam ſuſceperunt: iſti dñm ieſum repulerunt. Illi neq̃ in lege inſtructi: neq̃ pphetis admoniti ad dñm conuerſi ſunt cognoſcentes ſuũ peccãtiſti tot preceptis eruditi legis ⁊ prophetarum a dño recesſerunt. Illi q̃ ſem per fuerũt ppli's diaboli infra tres dies facti ſũt ppli's dei: iſti q̃ ſemp videbãt ppli's dei: infra tres dies facti ſunt crucifixo xpo ppli's ſathane. Deinde ſubdiũ. [Regina auſtri]. i. regina ſabba: cuiꝰ regnũ erat in auſtrali parte reſpectu hierũſalẽ: que non dubitat̃ electa eſſe: et fm quoſdam dicebat ſibylla [ſurget]. i. reſurget [in iudicio] extremo [cũ generatione iſta] peſſima: ⁊ condẽnabit eã]. i. oſtendet cõdemnãdam: hoc eſt ex facto ſuo oſtendet̃ iuſta iſtorũ pdẽnatio: q̃ venit a finibus terre. i. a longinquis pribus] audire ſapientiã ſalomonis] qui tñ nõ fuit min ſolum forma xpi. Et his aggrauat̃ iudeor malicia: q̃ illa mulier: iſti viri illa a remotis venit. iſti pñtẽ habuerũt: illa cũ laboret: iſti ſine difficultate: illa laudauit alienigenã: iſti condẽnauerũt ppius terrigenã: illa ad ipm venit: quẽ ſola fama cognouit: iſti pbatũ miraculis contẽpſerũt: illa ad purũ hoĩem: iſti ad deũ ⁊ hoĩem. illa cum muneribus: iſti cum opprobrijs ⁊ vulneribus. [Et ecce plus q̃ ſalomon hic]. ſ. xpS eſſentialiter poſitus: q̃ hic de' ille homo: ille ſcientiã habuit terreſtriũ: hic oĩm: ille edificauit tẽplũ defectibile: hec indefectibile. vbi Chriſo. Regina auſtri cum eſſet gentilis ⁊ mulier ob tãtã longitudinẽ itineris venire ad eũ: nec ppter infirmiorem ſexum impedita eſt. concupiſcentia eñ ſapientie infirmitati dabat virtutem: iſti aũt viri ⁊ ſacerdotes quorum proprium eſſe debuerat amare ſapientiã ante oculos ſuos ⁊ in medio gremio ſapientiã poſitã cõtẽpſerũt. Illa ad hoĩem cucurrit: iſti a deo recesſerũt. Illa munera multa obtulit vt audiret eũ: iſti aũt nec pmia regni celorũ accipere volunt nec credunt. Et iterũ. Regina auſtri venit a finib? terre ad audiendũ ſalomonem: et xpiani nolunt venire de plateis ad audiendũ xpm multi etiam de eccleſia exeunt: et ibi ſolum xpm relinquunt. hec Chriſo. ¶ Mi ſtice hic damnata plebe iudeor eccleſie miſterium ſecretum exprimitur que in niniuitis et in regina auſtri de totus finibus orbis congregatur: ⁊ in illis fides gentium iſrael autefertur. Due enim ſunt partes eccleſie. vel duo genera hoĩm in ea ⁊ ñum q̃ peccauit: ſed deſiſtit per pniam: et hoc ſignatus eſt per niniuitas de quorum pctõ legitur. Alterum q̃ mortal's non peccauit ⁊ hoc ſignatum eſt per reginam auſtri de pctõ cuius non legit̃. vñ Ambro. Eccl'ia fideliuz

Eccli.7.

Jonas fuit ſignum.

Signum maximum xpi mors.

Chriſo.

Regina austri.

Ecclie

Ecclie

Duo partes

Ambro.

ex gentib⁹ collecta q̃ in niniuitis p̃ pniam pre-
terita pctã detestꝛ in regina austri q̃ electa esse
non dubitat̃ per sapientiã cauet futuraꝝ iudi-
cio condẽnabit gẽrationẽ hãc nequã: dãnabit au-
tẽ non sine prãtes: sed op̃ationis exẽplo: qꝛ p̃ferẽt
ecclesia synagoge. Ex duob⁹ igit̃ constat eccle-
sia: vt aut peccare nesciaꝝ: aut peccare desistas
pnia em̃ pctã abolet: sapientia cauet. hec Am-
bro. Per niniuitas etiã signant̃ pctores ad vo-
cem p̃dicatoris penitentiã agentes: et per regi-
nã austri simplices sapientiã xp̃i deuote querẽ-
tes: quoꝝ salus ꝑm sentẽtiã saluatoris p̃ponꝰ
tur saluti eoꝝ qui videtur iusti vel sapientes: ꝛ
de sua iustitia vel sciẽtia p̃sumẽtes. Niniuite
quo⁹ interpretanẽ germina pulchritudinis. iõ
etiã significare possunt iuuenes existẽtes in sta-
tu potissimo iuuẽtutis qui solẽt de facili ad vi-
tia declinare: et ad bonam intentionem de facili
penitere ꝓpter quod subdit̃ ⁊ fecerũt penite-
tiã ad p̃dicationẽ Jone qui colũba interpreta
tur: et ideo p eũ simpliciter admonens significa
tur. Per reginã ⁊o austri signari põt aĩa rõna-
lis que si bene regat vires inferiores p dictamẽ
legis nature ꝛ regina: sed si hoc facit ex chari-
tatis feruore tunc ꝛ regina austri eo ⁊ ab au-
stro p̃uenit feruoꝝ calorꝭ signãs feruorẽ chari-
tatis. Et hec regina venit ad ver̃ salomonẽ Je-
sum xp̃m p devotionẽ offerens ei aurũ sapiẽtie:
ꝛ gẽmas virtutũ: ꝛ aromata bone fame istis vtẽ
do ad diuinũ honorẽ. Ex facto igitur iuuenũ p̃
dicoꝝ obstinati senes: ex facto aĩe benedicte cha
ritate se regentis anima frigida ꝛ negligẽs: con
demnabiles ostẽdunt̃ q̃ per generationẽ iudeo
rũ signantur. Post hec dñs cõtra iudeos nolen
tes assimilari niniuitis: quia eo penitentiã pre
dicante nõ penituerũt: vel regine austri: qꝛ eo do-
cente nõ didicerũt inducit exẽplũ ad arguendũ
ingratitudinẽ eoꝝ ondens eos similes hoĩ pri
a demone obsesso: ꝛ post liberatꝰ ꝛ itꝰ post ne
gligẽtiã pleni⁹ possesso. Nam p̃ꝛo diabol⁹ habi-
tauit in eis q̃ erãt in egypto viuẽtes ꝑm ritum
Egypꝛiorum qui expulsus fuit ab eis q̃ in figu
ra xp̃i mactauerunt agnũ: ꝛ sanguine eius lini-
ti sunt: q̃ ꝛ legẽ acceperunt q̃ excludebat cul-
tũ demonũ: ꝛ inducebat ad colendũ vnũ verum
deũ: ꝛ sic eiect⁹ trãsit ad possidendũ pleni⁹ gen
tiles sine lege ꝛ ꝓphetarum oraculis viuentes:
ꝛ iõ eos tenebat in idolatria subiectos. Sꝫ ad-
uenientẽ xp̃i p̃dicatiõe ꝛ apl̃orũ iudei p maioꝝ
te increduli permãserunt: gentiles ⁊o devote fi
dẽ xp̃i acceperũt: et sic diabolus eiect⁹ a gẽtib⁹
reuersus est ad possidẽdũ ppl̃m iudaicũ erroꝛe
excecatũ: ꝛ facta sunt nouissima hui⁹ ppl̃i peio-
ra p̃ꝛiorib⁹: qꝛ peior est modo q̃ a principio ante
legẽ dãtã fuerit status eius, vnde ait. Cũ immũ
dus spũs] sc̃z diabolus immundũ faciens: et im-
mũditiã diligẽs vel inhabitans. demones enim
dicũtur spiritus immũdi vel affectione: qꝛ odi-
gunt immũda: vel p̃suasione qꝛ suadẽt immũda
vel inhabitatione: qꝛ inhabitãt corda ĩmũda [ex
ierit ab hoĩe] sc̃z a ppl̃o iudaico: qꝛ ꝑm Ambro.
In homine totius iudaici populi comparatio ẽ
a quo viuente adhuc sub lege nature immũd⁹
spũs exierat per susceptionem legis moysaice
[ambulat per loca arida ꝛ inaquosa]. i. corda
gentilium p̃ꝛius humore gratie et vꝛore fidei ac
p̃uguedine p̃ssancti carentia ritum idolatrie
ꝛ maculas criminũ eis immittendo [querens]
in eis [requiẽ]. i. perpetuã mansionem appetẽs
ibi finaliter manere per infidelitatem ꝛ obstina-
tionem [ꝛ nõ inuenit] quia adueniente xp̃o ꝛ predi
cantibus apl̃is suscepta xp̃i fide inde eiectus
fuit. [Tunc dixit] intra se [Reuertar in domum
meam]. i. ad ppl̃m iudaicum [vnde exiui] eos di-
mittendo. [Et veniens inuenit eã vacantẽ] ab
obseruantia legis ꝛ operibus virtutũ p negligẽ
tiam ac fide ꝛ bonis operibus vacuã: ꝛ xp̃m ho
spitẽ nõ habẽtẽ [ꝛ scopis mũdatã] ab operibus
vitioꝝ superficialiter ꝛ ꝑm apparentiã qꝛ popu
lus iudaicus habebat quandaꝫ exteriorem mũ
dicã. sicut em̃ scopa non tollit tenaces sordes:
sꝫ supficiales: ita ipsi q̃ de foris est scopabant
ꝛ mundabant ac mũdiciã exteriorem querebãt
sed int⁹ sordidi manebant: ꝛ ornatã exterius p
hypocrisim ꝛ boni simulationem ꝓpter legis
apparentiã: ꝛ traditionũ phariseorũ obseruatiã
Tangit ergo que dant locũ diabolo: sc̃z ociosita
tem: sanctitatis p̃sumptionem: ꝛ virtutis simu-
lationẽ. Sil'r hodie timendum est ecclesie: ne
olim expulsus ab ea diabolus eam inueniat va
cãtẽ ab obseruantia mãdatorũ dei [ꝛ scopis mũ-
datã] ꝑm exteriorẽ apparẽtiam [et ornatam] per
exteriorẽ cultum ꝛ obseruantiam humanarum
traditionũ. Multi em̃ hodie plus attendunt ad
cultũ ecclesie corporalẽ q̃ spũalem: qꝛ parietes
ecclesie ꝛ altaria ornãtur: et de ornatione ꝛ pur
gatione ministroꝝ parum curat. Sed ecõtrario
in ecclesia fuit primitiua. maioꝝ em̃ vis fiebat in
ornatu spũali a interiori. Et ideo multũ distat
nunc ecclesia in hoc tpe malo a statu suo primi
tuo. Ut̃ Hiero. Christi ecclesia p̃ius nata ꝛ post
adulta persecutiombus creuit martyrũ coro-
nata est. Et post q̃ ad xp̃ianos principes venit
potentia quidem ꝛ diuitiꝭ maioꝝ: sed virtutibus
minoꝝ ẽ facta. [Tunc] vt firmius possideat iu-
deos [vadit] p conatũ [ꝛ assumit. vii. alios spũs]
p quos vniuersitas demonũ ꝛ vitioꝝ quibus tẽ
rat intelligitur: qꝛ vniuersitas hoc numero se-
pe designatur: hec sunt septem gentes pugnan-
tes cõtra filios israel. Iste aũt septenarius. vii.
donis spũsancti expellitur. Et addit [nequiores se
vel p̃ꝛopter nũerũ vel p̃ꝛopter conatũ ꝛ vel p̃ꝛo
pter affectum quẽ inducũt: qꝛ eos ad quos rede
unt neq̃ores q̃ ante faciunt. [Et intrantes] seu
ingressi [habitant ibi] et sic oĩa cumulant̃ in eis
vitia. Hec est em̃ intentio demonũ vt nõ trãseãt
ad horã vel tp̃s modicum: sed vt immorẽt vsq̃
ad obitum. [Et fiunt nouissima hoĩs sc̃z ppl̃i iu-
daici [peiora p̃ꝛioribus] qꝛ iudei ante legem da-
tã fuerunt pctis irretiti: ꝛ a diabolo possessi: sed
post aduentũ xp̃i in pctõ suo obstinati sunt pe-
iores facti: qꝛ eorum pctã ꝓpter ingratitudines
sunt quasi duplicata. deteriores em̃ sunt israe-
lite blasphemantes xp̃m in conuenticulis suis
q̃ olim fuissent in egypto ante notitiã legis: qꝛ
maioꝝ infidelitas est venientẽ non suscipe q̃ ve-
turum nõ credere. Deinde silitudinẽ dictã te
quo tẽdat parabola exponit q̃ que hic quasi de
vno hoĩe per silitudinẽ dictum de toto ppl̃o iu-
daico intelligatur q̃ ondit dices. [Sic erit gẽ-
rationi huic pessime]. s. iudaice put supra dictũ
est de hoĩe vno. Mala fuit generatio hec in de-
serto q̃ vitulum adorauit: q̃ contra dñm mur-
murauit: q̃ terre p̃missionis detraxit: sed pe-
ior in terra promissionis aũ aduentũ xp̃i: q̃ fili
os et filias demonũ immolauit: sed pessima post
aduentũ xp̃i: q̃ dei filium ad eã missum crucifi-
xi. Moraliter exponitur istud exemplũ de hoĩe

Niniuite.

Regina austri.

Diabolus inuidens.

Immũdus spiritus.

Ambro.

B Moraliter de reciditiuante.

qui post gratiã baptismalẽ vel penitẽtialẽ reci-
diuat in culpã sicut canis reuersus ad vomitũ.
diabolus em̃ ab hoĩe exit q̃ in baptismo pom-
pis illius ꝛ p̃cedentiũ pectõꝝ illecebris hõ abre
nunciat: vel q̃ per penitẽtiã ꝛ p̃fessionẽ a pctis
mundat̃ ꝓponens q̃ ab eis abstineat qui eiect⁹
[ambulat p loca arida ꝛ inaquosa] qꝛ corda iusto
rum ab omni carnalis cõcupiscẽtie amore sicca
ta ꝛ immunia tẽtãdo explorat si quos ibi nequi
tie sue gressus figere possit. Sed in eis tanq̃ per
grãs dei solidãtis requiẽ nõ inuenit: qꝛ p̃uis
cogitationib⁹ ꝛ actib⁹ pascit̃ in mentib⁹ fidelium
oĩa sua tentamẽta cessare ꝓpendit. [Et volẽs re
uerti i domũ] p̃ꝛiorẽ. pctoꝝ ei est domus diaboli:
sicut iustus rẽplũ dei [inuenit eã vacante] a bo-
nis actib⁹ p negligẽtiã [ꝛ scopis mundatã] a sor
dibus vitioꝝ ꝑm apparẽtiã [ꝛ ornatã] simulatis
virtutibus. i. exterioribus ꝛ apparentib⁹ nõ inte
rioribus ꝛ veris. [Et sic assumit alios septẽ spũs
nequiores se]. i. vniuersa vitia diabolo neq̃oraꝝ
qꝛ diabolus solũ suggerit malũ: habit⁹ aũt vitio
si intranei cũ quadã violẽtia ad malũ inclinat:
ꝛ ingressi inhabitant vacantẽ: tꝛ pctẽ. a tot em̃
demonibus hõ possidet̃ quot vitijs sabhcit̃. sin-
gulis em̃ vitijs singuli demones p̃ꝛesidere dicun
tur. [Et fiunt nouissima hoĩs illius peioꝛa p̃ꝛio
ribus] ꝛ hoc ꝓpter ingratitudinem doni ꝛ gr̃e
precedentis. grauioꝛa em̃ sunt crimina post ba-
ptismum vel pniam: qꝛ melius est. i. min⁹ malũ
est viam veritatis agnoscere q̃ post agnitam re
trorsum cõuerti. i. leuius est cõmittere aliquod
peccatũ cum ignorantiã q̃ idẽ cũ sciẽtia quo ad
penã minoꝛẽ em̃ p illo patietur pene vindictam
qꝛ p contẽptũ gratie quã de se male viuẽdo pel-
lit deteriora supplicia meretur ꝛ vulnꝰ iteratũ
tardius sanatur. vñ Chri. Hec aũt nõ solũ ad il-
los: sed ad nos etiam dicta esse rõnem hꝫ: si illu
minati ꝛ a p̃ꝛioribus eruti malis rursus ab ea
dẽ possideamur nequitia. Etenim difficilioꝛa
erit pena posterioꝝ peccatorum: propter q̃ pa-
ralitico dicit xp̃s. Ecce sanus facꝰ es: noli pec
care ne deterius aliquid tibi contingat. Et ite-
rum cum semel aliquis liberatus a malis nõ so
biuus efficitur multa difficilioꝛa patietur p̃ꝛio
ribus erenim difficilioꝛ iã erit pena posterioꝛũ
pctõꝝ hic aũt non solũ penã excogitat: sꝫ et infi-
nitam dei longanimitatẽ. Sed ne confidam⁹: sꝫ
timeamus. Etenim pharao si in p̃ma plaga eru-
ditus fuisset non vtiq̃ accepisset experientiã po
steriorum: non vtiq̃ postea simul cũ ipso exerci
tu subuersus esset. Sed non rubrũ mare iam p
transire nunc est: sed pelagus ꝛ ignis. pelagus
non tale neq̃ tantum sed multo maius ꝛ filine-
strius. Ideo rogo vt conp̃ũgantur sermones ge-
henne audientes. Nihil enim delectabilius est
dispositione hac quare hac nihil amarius. Con-
uertit em̃ aĩas nostras ꝛ erigit intellectũ ꝛ pni-
ciosam concupiscentiarum captinationẽ p̃ijcit
ꝛ medicina nobis hic fit. Excogitemus igitur et
mittamus p̃ꝛincipiũ vel nũc ꝛ est ostiũ p̃nie ꝛ tã
gamus viã arctam. Usq̃ quo lasciuiaꝝ vsq̃ quo
remissio non impleti sumus pigritantes: deri-
dentes: tardantes. Nõ eadẽ rursus erunt mẽsa
Eindę quod iam supra promisit soluit cũ dicitur. Et post dies sex] sm Matth. non numerãdo extremos vel [die octaua] sm lucam numerãdo die primũ quo promisit et vltimũ quo soluit [assumpsit Jesus secum Petrũ ⁊ Iacobũ ⁊ Johannẽ ⁊ duxit illos seorsus in montẽ valde excelsus] sc; thabor quarto miliario a nazareth cõtra orientẽ vt ibi dem oraret. Matthęus et marcus ponunt tm̃ dies medios: sed lucas etiam extremos. Illi sex quia post sertam mundi etatem aie sanctorum in beata expectatione requiescent. Lucas octo q; in octaua resurrectionis corpa sctõr in gl'ias immortalitatis resurgent. Hic ergo post sex etates quiescendum esse ab oi laboze ⁊ ibi octauo tpe resurgendum designat. Unde sm Hiero. et glo. hoc bene misterio cõuenit. nã sicut xps post sertam sabbati qua cruces ascendit: ⁊ post septimam sabbati qua in sepulchro quieuit: octaua die resurrexit: sic ⁊ nos post sex mundi etates q̃ bus pro oño patimur ⁊ laboramus: ⁊ post septimã quietis animarũ que interim in alia vita gerituri octaua etate resurgemus. Transfiguratio ergo fuit in octaua die: quia facta est ad ostẽdũ discipulis suis gloriã resurrectionis future que erit in octaua mundi etate. ⁊ propter hoc figurata est hic p octauã diẽ. Assumpsit aũt secũ tres tm̃: vt in ore trium staret testimoniũ. Item in signũ q̃ q̃ nunc fidẽ trinitatis firmiter seruabũt: tunc in eterna visione gaudebũt. Istos aũt tres. s. petrũ iacobũ ⁊ iohannes spãliter assumpsit: q; istos familiariier diligebat. Hoc autem fecit ad designãdũ q̃ quicũq; vult gloriã dei videre op; q̃ fidem cognoscat: sicut petr⁹ q̃ vitia supplantet: sicut iacobus: q̃ ad bene operãdũ; gr̃as habeat sicut iohãnes: q; oẽ meritũ cõsistit in credẽdo verum: in declinando malũ: in faciẽdo bonũ. Item ad cõmendationẽ oĩm statuũ ecclesie. nã per petrum significant coniugati vel etiã prelati: per iacobum penitentes vel actiui: ⁊ p iohãnẽ virgines theorici. Et pulchre ostensurus discipulis resurrectionis gloriã seorsus eos duxit vt intelligam⁹: q; si eiusdẽ resurrectionis participes esse cupimus a turbis malignorum hoĩn ⁊ tumultibus seculi diuisi esse debemus. Pulchre etiã eos in montẽ excelsum duxit ⁊ nõ vallẽ: vt discamus gloriã non in pfundo huius seculi: sed in regno supne beatitudinis esse querendã ⁊ q̃ ad illã gloriã future resurrectionis peuenire: ⁊ in decore suo xpm videre merebimur si ima ⁊ terrena descendentes ac sublimia ⁊ celestia desiderantes mẽte in celestib⁹ habitem⁹. Necesse est em̃ oĩbus qui deũ contemplari desiderãt: vt nõ infimis voluptatib⁹ iaceãt: ſ; semp ad celestia se erigant. Ascendit aũt in montẽ vt oraret inuiens oraturos in mõtẽ virtutũ ascendere ⁊ sursum nõ in im'is corda habere: ⁊ conti nuis pcib⁹ insistere. Et bũ mons iste dictus est thabor: q̃ accessio lucis inter pretat: q; oẽ q̃ thabor manifestat in lumine manifestat. Effect⁹ autẽ oĩonis ostẽdit ꝓpter q̃ orauit. s. ꝓpter gl'ias future resurrectionis manifestãdã apl'is. Dũ em̃ oraret trãsfiguratus est coram eis. Nõ dicit transfigurauit se vt notetur actio fieri ex potẽtia trinitatis: sed in natura humanitatis: [Et bũ dum oraret facta est altera species vultus eius.] feruor em̃ ⁊ deuotio oĩonis dispositio est ad transfigurationẽ ⁊ extasi mẽtis. Vñ petr⁹ dũ oraret facrus est in extasi mentis. Cõspice bũ ista ⁊ te pstem erhibebo: q; magnifica sunt valde. [Resplẽduit em̃ facies sicut sol] immo plus q̃ sol: ſ; mihil ſ; clarius, cui cõparẽt. [Vestimẽta aũt eius facta sunt alba sicut nix] sic perfusa lumine vt alba extra apparerẽt sm Aug. Lãdor vestiũ procedebat a faciei splẽdore: ⁊ ista fuit vera mutatio. Trãsfiguratio in facie sed nõ in veste. Nõ substãtiã vere carnis oĩonis amisit: nec corpis veritatẽ subtraxit: ſ; splẽdorem addidit. Vñ Lucas dicit q̃ [facta est species vultus eius altera] non alia. In carne ergo mortali immortalitatis ⁊ resurrectionis fue vel nostre gloriam non in se: sed in seculi claritate sicut voluit ostendit: vt illius glorie quam predicabat certiores nos redderet. ¶ Ecce quã

Berñ.

Hiero.

B Transfigurationis dñice tpe.

Assumptionis triũ ci.

Lux secũdũ duxerit.

Lux inuiũ tem.

Thabor.

C Augustinus.

tum pignus beatitudinis nostre habemus non em̃ erat aliunde transfiguratio nisi secundi aduentus prenunciatio. in quo ⁊ ipse xps ⁊ sancti eius lucebunt sole clarius. vñ nõ assumpsit claritatis dotem. sed dotis similitudine. Nã vt leo papa ait. Illã ipsius deitatis ineffabilẽ ⁊ inaccessibilẽ visionẽ que in eterna vitã mundis corde seruaẽ nullo modo adhuc mortali carne circundat: intueri poterãt ⁊ videre. Splẽdor aũt faciei significat claritatẽ diuinitatis: fulgor ꝗ vestiũ claritatẽ humanitatis eius. Itẽ claritas faciei repsentat futurã claritatẽ capitis xpi: fulgor aũt vestiũ designat futurã claritatẽ mẽbrorum eius. s. sanctor; qui superabunt a claritate xpi: sicut candor niuis superat a fulgore solis. Candor ergo significat gl'iaz future resurrectionis: propter q̃ angelis oñice resurrectiõis niuis in veste candida appuit. Et sm Bedã vestitus dñi sanctor; chorus accipit q̃ in terris despectus videbat. ¶ Moralr circa transfigurationẽ dñi tria fecit: q; discipulos assumpsit: montẽ ascendit: oratione premisit: ad significãdum q̃ ad gloriã non peruenitur nisi p virtutis societatẽ: per vite altitudinẽ: per oratiõis deuotionẽ. Felix ergo q̃ talẽ comitatũ assumpsit. Petrum. s. q̃ interpretat agnoscens vt sit in eo cognitio que d; esse triplex: sc; dei sui ⁊ proximi. Cognitio dei generat dilectionẽ ⁊ caues desperationẽ: cognitio sui generat humilitatẽ ⁊ cauet presumptionẽ. cognitio proximi generat cõpassionem ⁊ cauet crudelitatẽ. Et sicut suam fragilitatẽ: sic ⁊ mundi vanitatẽ agnoscat: ⁊ agnitam cõtẽnat Iacobũ q̃ interpretat luctator: vel supplantator: vt sit in eo lucta ⁊ supplãtatio: q̃ etiã d; esse triplex. s. carnis mundi ⁊ diaboli: vt contra concupiscentias carnis ⁊ mundi ac instigationes diaboli fortiter luctetur ⁊ eas denicras sub planta prosternat. non em̃ coronabit nisi q̃ legitime certauerit. in signũ hui⁹ iacob post luctus accepit benedictionẽ. Iohannẽ qui interpretat gr̃a vt in eo sit gr̃a q̃ sit⁹ d; esse triplex. s. incipiens pficiens ⁊ pueniens. vñ apl's. Gr̃a dei sum id q̃sum q̃tũ ad primã: ⁊ gr̃a ei⁹ in me vacua non fuit q̃tum ad secundam: sed illis omnibus abundantius laborauit: non aũt ego solus: ſ; gr̃a dei mecum q̃tum ad tertiã. Ioannes etiã priuilegio singularis amoris dei dotatus fuit: sic bonũ diuinũ super omnia diligat ⁊ in omnibus transitorijs nihil nisi amatorẽ diuinũ cõcupiscat. Idẽ petrus alio nomine dictus symon q̃ interpretatur obediens significat obedientiam Iohannes in quo gratiam significat mundiciã: Iacobus qui luctator vel supplantans significat paupertatem voluntariam: ⁊ ista tria faciunt videre claritatẽ diuinã: fuit isti viderunt transfigurationem. Felix qui talem montem .i. eminentiã vite ascendit: in quo sunt tres grad⁹: scilicet abiectio fui: mortificatio carnis: contemptus mundane prosperitatis. de quibus supra proximo capitulo. si quis vult post me venire abneget semetipsum ⁊ tollat crucẽ suam ⁊ sequat me. Felix q̃ sic orationi insistit pie: fideliter ⁊ pseuerãter donec appareat gloria in facie clerici q̃ transfiguranẽ in solẽ dũ lucent p scientiã ardẽt q̃ charitatẽ: illuminãt p exẽplũ ⁊ doctrinã in vestimentis laici q̃b⁹ sufficit albedo niuis p mũdiciã mẽtis carnis ⁊ opis. [Et apparuerũt illis moyses] iã mortu⁹ secundũ siam in corpe assumpto vel sibi adoprato: sicut q̃ opparent angeli in corporibus assumptis [⁊ helyas] adhuc viuus in aia ⁊ corpe ꝓpio allat⁹ de paradyso. Apparuerunt: cũ xpo isti duo potius q̃ alij alter mortu⁹ alter adhuc viuus in signum quod viuentium lye ⁊ mortuorũ seu vite ⁊ mortis sit dñs ⁊ q̃ isti tam mortui qui per moysen q̃ viui qui per helyam qui tempore iudicij vel viui in carne reperiendi vel a morte resuscitandi sunt: regnaturi sunt in gloria cum illo. Item vt ostendant ipsum esse quẽ legis ⁊ ꝓphetarum scripta predixerunt ⁊ p miserunt: ⁊ vt hic appareat q̃ lex ⁊ prophete a doctrina xpi non discordant: et q̃ finis legis ⁊ phetarum in suo sermone xps erat ⁊ eius gloria propter quã venerant: ⁊ vt ipse ostenderet se esse supra legem quam moyses legislator dedit: et supra prophetas inter quos helyas predicator precipuus fuit. Per moysen quidem significatur lex: per helyã ꝓphete: ⁊ per dñm euangelium. Apparuit ergo dñs medius inter moysen ⁊ helyam tanq̃ ipse ⁊ euangelium haberent a lege ⁊ prophetis testimonium. Item vnus mortu⁹ ⁊ alter viuus apparuit vt significẽt xps moriturũ: vel vt nos mortui sim⁹ mundo: viui aũt deo. Item vt ex omni tpe xps testimoniũ haberet de celo pater in voce: de ethere nubes: de paradiso helyam: de terra apostolos: de inferno moysen. [Et loquentes cũ eo] dicebant excessũ eius quem cõpleturus erat in hierusalem. i. passionem in qua fuit excessus amoris ⁊ doloris et humiliatis. Amor fuit supra mensuram. sm illud Johan. maiorem hac dilectionẽ ꝛc. dolor supra consuetudinẽ. sm illud Treñ. O vos omnes qui transitis ꝛc. humilitas supra virtutem. ſ; illud Treñ. Recordare paupertatis ꝛc. Loqui aũt ipsorũ est talẽ gratiã redemptionis futurã p xpm testimonijs legis ꝓphetarũ ſ figuratã esse ostẽdere. Et notandũ q̃ nõ loquebantur de tali materia tanq̃ indicantes xpo que nesciret: sed eũ adorabant de aduẽtu eius in carne: ⁊ q; misterium passionis q̃ ipsi pdixerant voluerunt in xpo cõplendũ: ⁊ leti forte forte quia videbant redẽptionis sue totiusq̃ hũani generis oĩẽ appropinquare. Cõpatiebanẽ nihilominus xpo: q; tam gloriosa facies debebat sic conspui ⁊ sic inuidiose tradi ⁊ iudicari ⁊ crucifigi. Notandum etiam q̃ gaudium magnũ factum est apostolis ⁊ prophetis non solum de trãfiguratione xpi: sed etiam (vt dicit effrem) de mutua visione: q; vtriusq̃ testamẽti principes ꝓgregati sunt cũ deo abrahã Videbat em̃ moyses dux iudeorũ principẽ xpianorum petrũ: cõfiderabat helyas castus virginẽ Johãnẽ: ⁊ vtrq̃ in iacobo laudabat martyrij priuilegiũ. [Petr⁹ xo q̃ cũ illo erant grauati erant somno] oppressi a gl'ia: q; splendore incõprehensibilis deitatis premuntur sensus humani corporis. [Et euigilãtes viderũt maiestatẽ eius ⁊ duos viros]. s. moysen ⁊ helyã quos cognouerunt p dicte claritatis illustratione. Unde queritur Ambro. quõ apli cognouerũt moysen ⁊ helyam quos nũq̃ viderãt. Et respõdet q̃ p maiestatem sup eos venientẽ. in quo fruitur in futura gl'ia alter alterum quem nũq̃ vidit cognoscet. Scõm glo. hic helyas d; eximius prophetarũ: sed contra die dauid hoc dicitur in prologo sup psalterium: de moyse in glo. sup Exodum. Et soluitur q; moyses fuit eximius dñi familiaritate: signorum ostensione: legis promulgatione helyas eximius vite austeritate: ⁊ erguendi quotidiane: ⁊ vite diurnitate. Dauid eximius

Leo papa.

Splendor faciei.

Beda. Moraliter

Petrus.

Iacobus.

Johannes. 1. cor. 15.

Petrus.

Johannes. Iacobus.

Symonis obedientia.

D Apparitio moysi ⁊ helyae eius cause.

Loquutio cũ christo.

E Baudiũ ex trãsfiguratione.

Moysi et helyae ab apostolis cognitio.

Ambro.

Moyses.

Helyas

Dauid.

Johan. 1. 5.

Tren. 1.

Tren. 3.

prophetie sublimitate: regia dignitate: ⁊ spñali
et facta pmissiõe. Tunc petrus] ranq̃ feruẽtior
[dixit ad iesum: dñe bonũ est nos hic eẽ]. s. in mõ
te ⁊ in contẽplationis dulcedine. Celesti essi dul
cedine gustata vilescunt instma. vñ Raba. Quo
ampli⁹ quis degustat dulcedinẽ vite celestis eo
ampli⁹ oia alta fastidit in infimis. [Si vis facia
mus hic tria tabernacula] ad manendũ. s. hic cõ
tinue [tibi vnũ: moysi vnũ: helye vnũ.] Non loq̃
batur de tabernaculo ꝑ se ⁊ socijs suis faciẽdo
quasi supponẽs se ⁊ socios suos tãq̃ discipulos
cũ magro mansuros in suo tabernaculo. Petr⁹
optando commendat xpm ⁊ se in mõte manere
ex modico gustu participationis future glorie
quã in xpo viderat: vt ꝑ hoc discam⁹ q̃ nihil sit
difficile ꝑ xpo pati nec tormenta nec crux nec
mors: vt ad montẽ celestis glorie pueniam⁹. Si
essi sensib⁹ visa xpi gloria sic petrũ in monte im
pressionibus ⁊ intẽperiebus subiecto illexit vt
diceret bonũ ibi manere: quid estimandũ est de
illa ineffabili ⁊ intelligibili gloria eterna in ce
lo: vbi nulla intẽperies: nulla peregrine impres
sionis molestia: vbi nullũ malũ sed oẽ bonũ ob
tinebitur. vñ Beda. O q̃ta felicitas visioni dei
tatis inter angelos adesse perpetuo si tãti trans
formatio xpi humanitas duorũq̃ sctõ societas
ad punctũ visa delectat vt eis ne discedant pe
trus prestare velit obsequiũ. Usi ⁊ Remig. Visa
dñi mai state ⁊ duo ⁊ seruo ⁊ petrus adeo dele
ctatus est vt cuncta tpalia obliuioni traderet ⁊
ibi in ꝑpetũ vellet manere. Si aũt petrus sic
ascensus est quanta erit suauitas ⁊ dulcedo vi
dere regẽ in decore suo ⁊ interesse choris sctõ⁹
oĩm ⁊ angelo⁹. Hec Remig. Sed errauit petr⁹
[⁊ nesciebat quid diceret] hoc petẽdo: tum quia
in via patriã requirebat ⁊ vmbrã future glorie
quã viderat verã estimabat gloriã oblit⁹ regnũ
dei non esse sanctis ꝑmissum in terra: sed in ce
lo: tum quia in gloria tabernacula manu facta
necessaria credebat: ignorans domum manu fa
ctam non esse necessariã in illo seculo futuro: tũ
q̃ se ⁊ coapostolos adhuc carne mortali circun
datos esse nõ aduertebat: a basq̃ gustu mortis
immortalis vite statũ subire volebat: tum etiã
q̃ suã ⁊ primoũ salutẽ nõ attẽdebat. Usi Aug.
Quid dicis sancte petre: mundus perit ⁊ tu se
cretũ queris. Vides tot gẽtes inuñ conuenire
et tu quietẽ diligis. Vides tenebras mundi ⁊ tu
lumen abscondis. Nemo q̃ppe ascendit lucernã
⁊ ponit eam sub modio ⁊c. Usi ⁊ Damas. Non est
tibi inquit petre bonũ q̃ xps ibi moretur: qñ si
ibi manisset nequaq̃ tibi facta promissio con
sequeretur effectũ. Nec essẽt claues obtinuisses
regni nec mortis tyrannis abolita esset. Et vt di
cit Chri. quia audiuit q̃ ops eum hierosolymã
ire ⁊ multa pati adhuc timet pro xpo sed post in
crepationem non audet aperte dicere rursus
propitius esto tibi: sed idem occulte per alia si
gna insinuat. Quia essẽ videbat multam quietẽ
⁊ solitudinem cogitauit conuenientem ibi esse
stationẽ ex loci dispositione quod significat di.
[Bonum est nos hic esse] vult etiam semper hic
esse: ideo tabernaculorum meminit dicens. [Si
vis faciamus hic tria tabernacula.] Cogitauit
enim quod si hoc fieret non ascenderet hierosoly
mam: ⁊ si non ascenderet xps nõ moreret. ibi
essẽ sciebat scribas insidiari ei. hec Chrisost. Et
licet petrus vt hõ stupefactus nesciret quid di
ceret: in hoc tũ suam deuotionem ostendit ⁊ in
fiti sibi ardoris monstrat iudicium. Unde ine
briatus petrus erat qui de vna gutta vini cele
stis quam biberat quasi tres tabernas face
re volebat: sicut enim ex passionis magnitudi
ne vt timoris vel maioris alicuius prorumpit in
aliqua ꝓba sine ꝑmediatõ entia similiter ex ma
gnitudine deuotionis ⁊ delectatiõis experte di
xit petrus illa verba que tũ non erant rationa
biliaq̃ in solo aspectu hũanitatis xpi non con
sistit essentia beatitudinis: ideo illud nõ debe
bat sufficere ꝑ finali beatitudine. In monte tha
bor est grande monasterium grandi situa circũ
datum tres habens ecclesias iuxta quod petr⁹
ait. Faciamus hic tria tabarnacula. Tria taber
nacula contẽplatiuus moraliter facit quando
legẽ ⁊ prophetias ⁊ euangelium practice legen
do disponit. s. corde credendo ore cõfitendo ⁊ ope
adimplendo. ¶ Sciendum aũt q̃ ista trasfigu
ratio significans gloriã sanctorũ primo describi
tur a maiestate dei: q̃ tota trinitas ibi apparuit: rationa
pater in voce: filius in humana carne: spiritus scribendi
sanctus in nube per quod datur intelligi q̃ glo forma.
ria sanctorũ consistit in fruitione beate trinita Tabernacula.
tis. Sicut essẽ petrus ebrius ex dulcedine illius cula.
claritatis voluit facere tria tabernacula: ita ꝯ
hõ tria tabernacula in anima sua quemadmo
ses nec helyas: sed sola beata trinitas delectabi Johan. 14.
liter inhabitat. ꝛm illud Johã. Ad eum veniem⁹
⁊ mansionem apud eum faciemus. Hec aũt sunt
memoria: intelligentia: ⁊ voluntas. Tã filius ha
bitat in tabernaculo intelligẽtie implendo ipã
dei plenissima ⁊ lucidissima cognitione: spiritus
sanctus in tabernaculo voluntatis implendo ip
sam sapidissima ⁊ suauissima dilectione: pater i
tabernaculo memorie implendo ipsam cogniti
⁊ dilecti perpetua refectione ⁊ securissima intẽ
tione quib⁹ actib⁹ anima in deũ quasi totaliter
transformatur ⁊ quodã modo deifozmis efficit
Tunc verificatur ꝛm quãdã pregustationẽ illud Matth. 17.
qd̃ dicitur alibi. Intra in gaudiã dñi tui. Secũ Transfigu
do describitur ista transfiguratio a societate cõ ratione
sortij: quia ibi fuerunt moyses ⁊ helyas iacob⁹ cij.
petrus ⁊ iohannes. In celesti igit gria habem⁹
socios oẽs veteris ⁊ noui testamẽti sanctos. bea Celestis
ti veteris testamenti distinguũtur in duos ordi ordines.
nes: scz patriarchas q̃ intelligũtur ꝑ moysen
⁊ prophetas qui ꝑ helyã. Sancti aũt noui testa
menti distinguunt in tres. s. in martyres qui ꝑ
Iacob ũ in confessores qui plem sapiẽtia dei in
telliguntur ꝑ petrũ qui interpretatur agnoscẽs
in virgines qui ꝑ iohãnẽ. Uel põt dici q̃ xps vo
luit habere testimoniũ sui aduentus ab illis q̃
sunt in celo: scz a patre. ⁊ ab illis qui sunt in mũ
do: scz a petro ⁊ iacobo ⁊ iohanne: ⁊ ab illis qui
sunt in terrestri paradiso. s. ab helya: ⁊ ab illis
qui sunt in inferno. s. a moyse. Uel ꝑ sex psonas
signantur sex bona q̃ deus confert cõtemplanti Cõtempla
bus: q̃ in cõtemplatione primo mens illumina tionis bo
tur q̃ signatur in petro qui interpretatur agno na.
scens. Scdo caro supplantat q̃ signatur in Ja
cobo qui interpretatur supplãtator. Tertio gra
tia augetur ⁊ augmẽtat q̃ significatur in iohã
ne qui interpretat in quo est gria. Quarto mun
dus cõtemnit q̃ significat in moyse q̃ interpre
tatur assumptus ex aquis. Quinto cor amare
inflamat q̃ significatur in helya qui rapt⁹ fuit
in curru igneo. Sexto dulcedo celestis pregu
statur q̃ significatus in iesu. Unde petrus qui
vnã gutta pregustauerat dixit: q̃ bonũ est nos
hic esse

Rabanus.

Fruitio diuinitatis in petro.

Beda

Remig.

Petri error in optando

Aug.

Mat. 5. Damas.

Chrisosto.

Petri error.

hic esse nesciẽs q̃d diceret. Tertio describit ista
transfiguratio a significatiõe subiecti cũ dicit
Significatio xpi.
resplendit facies eius sicut sol: vestimẽta aũt
eius facta sunt alba sicut nix ⁊ ꝑ q̃ signat bea
titudo et gria quibus sctõ⁹ corpora induentur.
Ꝑõs igitur petro non rñdit. Nã licet ex feruore
deuotiõis loquere ex tamẽ q̃ impudẽter inter
rogauit nõ rñsionẽ dñi nõ meruit: mondũ essẽ vt
in hac gloria cõsisteret tempus erat. Qui autẽ
vult duo facere tabernaculũ preparet penetra
lia cordis sui ⁊ inueniet locũ dñio tabernaculũ
deo iacob: qui vero male materiale tabernacu
lum ex frondibus ⁊ tẽtoriis quesiuit estimans
i eterna illa gloria tpalia tabernacula necessa
ria vbi nulla aduersitatis aura est timẽda ⁊ vbi
deus oipotens tẽplũ est ⁊ domus ecclesie: ideo
nubis lucidis accipit obombraculũ. Usi sequit
[adhuc eo loquente] et de tabernaculorũ visibi
lium cõstructiõe cogitante [ecce nubes lucida
obũbrauit eos] quia maiori luce ⁊ vera cognitio
ne suffidit vt intelligerent electis in eterna ta
bernacula receptis nõ esse necessaria corpora
lia tabernacula et eos non esse protegẽdos te
gmine domorũ vbi nubis ⁊ spñsanctl gloria ꝑ
tegentur ⁊ in abscondito faciei dñi abscõdent.
Et intelligas q̃ cũ petrus loquere ⁊ interis an
teq̃ verba cõpleret discesserũt moyses ⁊ elyas
⁊ mox nubes subsecuta est quasi interrumpunt
ꝓba eius per obũbrationẽ nubis. Querebat pe
trus terrenum tabernaculum ⁊ a fuit celeste
obũbraculũ ⁊ ista nubes ñ fuit causata ex istis
caliginosis vaporibus: sed ex vehementia lucis
processit: q̃ sicut fumus est ab igne ita ista nu
bes fuit a luce. Ad instruendas aũt mentes apo
stolo⁹ de cognitione diuinitatis vnigeniti filij hoc
post moysi et helie testimoniũ [vox] patris [de
nube] mõ tonitru⁹ testimoniũ ꝑhibuit dic. [Hic
est filius meus] non adoptiue sed per naturam
Filius dei creatus. Iudeos.
[dilectus] filius meus. s. naturalis ⁊ ꝑprius nõ
aliunde creatus: vel adoptiuus: hoc est ꝛm am
bro. non helyas filius: nõ moyses filius: sed hic
est filij q̃ ẽ solũ videtis. ¶ Recesserũt essẽ illi
vbi ceperat dñs designari vt ille sol⁹ demõstra
refne errarẽt apli [In q̃ mihi bene ꝑplacui]. i.
Crysosto.
in quo meũ bñplacitũ de redẽptione mũdi com
plere cõstitui, vel ꝛm chrys. in quo delector: ⁊ in
quo requiesco que accepto: q̃ oia q̃ sunt ꝑ ris
cũ diligentia exequit ⁊ est vna eadẽq̃ voluntas
ipsius et patris: quare et si crucifigi vult ne cõ
tradicas. [Ipsum audite] magis q̃ moysen vel
heliam quia xps finis est legis ⁊ ꝑphetarũ. [ips
audite] vt supremũ ⁊ singularẽ magistrũ q̃ doce
bit vos oia necessaria ad salutẽ. [Ipsum audite]
quia veritas est ipsum querite: q̃ vita est: ipsũ
Remigius.
sequimini q̃ via est. Ac si (vt ait remi.) alijs ver
bis diceret recedãt vmbre legales ⁊ typi ꝑphe
tarum ⁊ solũ cozuscũ lumẽ euãgelij sequimini.
Felices ergo apli qui non solũ dñi claritatẽ vi
dere meruerũt: sed etiã vocẽ patris intonãtem
audierunt. Nec ab hac felicitate nos ex toto a
lieni erimus: ñ quẽ illi crediderũt ⁊ nos credi
mus: q̃ ñ illi vixerũt amodo viuimus: et quẽ
Tabere ifacies et restitum. Remigius.
dilexerũt totis viscerib⁹ amamus. Sed q̃ hũa
na fragilitas i ꝑtia maiestatis opprimit: q̃ põ
dus diuinitatis ⁊ cõspectũ maiestatis gl̃ie fere
re non valet: ñ ob audirẽt vocẽ terribilẽ de nu
be [ceciderũt i facies suas] nõ sicut mali retro:
sum. vnde Remi. In eo vero q̃ sancti discipuli i
facie ceciderũt sanctitatis fuit indiciũ ipij essẽ
retrorsum cadũt. vt helyas. Hec Remi. Cadunt er
go iusti in faciẽ mõ propter timorẽ vt hic modo
propter humiliationem vt magi procidentes a
doruerunt eũ: nõ propter gratiam actionẽ: vt
seniores cecidẽrunt in cõspectu tyronis facies
suas [Et timuerunt valde] q̃ se errasse cognouẽ
runtq̃ nubes lucida apparuit q̃ vocẽ quasi to
nitrualem. s. patris cuius maiestati timor debẽ
audierunt. Ad hanc vocẽ (vt dicit Effrem.) fuge
runt ꝑphete: ceciderunt apli et timuerunt. Co
nitrũ quidẽ terribile fuit. Usi de ipsa voce ter
ra sub ipso contremuit. Sed quos humana fra
gilitas grauabat benigne pius magister verbo
pariter et actu consolat et erigit. Nam clemen
ter [accessit Iesus] q̃ per se surgere non poterat
[et tetigit eos familiarit et et dulciter vt tactu
debilitata mẽbra solidaret] dixitq̃ eis [vt metũ
et timorẽ fugaret.] Surgite [ꝯ casumet nolite
timere] ꝯ metũ. Beati illi quos tãgit Iesus: bea
ti illi quos tangit salus et vita. Illi essẽ surgunt
illi sine timore et securi fiunt. Rogem⁹ ergo eu⁹
vt et nos tangat ⁊ a somno stuporis et insipien
tie excitet tatq̃ ad se videndũ nobis oculos aperat
Dulcis amicus est q̃ pie consolat et potẽter ad
iuuat. Ad tactũ ergo et consolationẽ Iesu miserã
torũ qui prostratis dexterã ad bñficiũ auxiliũ
porrigitur iacentes erigit discipuli surgentes:
nec moysen nec helyã videruntur sed solũ Iesum
in figura consuetu qua conuersari solebat inter
eos. ꝛm gloss. Si moyses et helyas pseuerassent
vox patris videretur incerta cui potius testimo
nium dedisset: ⁊ ideo recesserũt illi ne ad eos vo
patris fieri putaretur: sed vt ad solum Iesum p
tinere intelligeretur. Allegorice ablata nube vi
derunt moysen et helyam euanuisse ac solũ Ie
sum remansisse: q̃ postq̃ legis et prophetarum
vmbra discessit que quasi nube apostolos tere
rat viderunt eum ⁊ scriptura illis reuelata fuit
⁊ euãgelium in quo vtrumq̃ reperit solus remã
sit. Notandum aũt ꝛm glo. q̃ bene conuenit mi
sterium scõe regñationis q̃. s. erit in resurrectio
ne vbi caro resuscitabitur cum misterio prime
que est in baptismate vbi aia resuscitatur. In
baptismate essẽ xpi operatio trinitatis ostensa
est: fuit essẽ ibi filius i carnatus apparuit in spe
cie columbe spñsanctus et pater fuit ibi in vo
ce declaratus. Et sicꝛ in trãsfiguratione q̃ est sa
cramentũ scõe regñationis tota trinitas appa
ruit pater in voce: filij in homine: spñsctis i mu
be. Nam gloriam illius quã mõ in baptismate
credẽtes cõfitemur in resurrectione videntes
collaudabimus. Nec frustra spñsanctus hic in
lucida nube: illic i colũba apparuit: oona enim
sua per species declarare solet. Innocẽtius aũt
in baptismate donat que per auẽ simplicitatis
designatur: daturus est autẽ claritatẽ et refri
gerium in resurrectione: ⁊ ideo in nube refrigerij
⁊ in fulgore nubis claritas resurgentiũ corpo
rum figuratur. Qui essẽ nunc simplici corde fi
dem quã percipit feruat tñc luce aperte visio
nis q̃d̃ crediderat cõtẽplabit: ipsaq̃ quã lustra
birur in perpetũ gratia protegetur. [Et descẽ
deus Iesus cũ discipulis de mõte precepit eis]
precepto instructionis: vt nemini dicerẽt visio
nẽ de gloria trãsfigurationis ante suam resurre
ctionem a mortuis. Primo ꝛm Hieronym. di
ctũ eẽ incredibile ꝑpter rei magnitudinẽ vide
retur. Scdo ꝛm Thomã. ne hoies audiẽtes tã glo
riosa de eo dici scãdalizarenꝯ postea videntes

Ioc. 4.

Hieronym.

Tertãdi ne cui dicerẽt cause.

Thomas.

Remigius.

eum crucifigi. Tertio fm remigiũ ne predicatio gloriose passionis fructum impediret; qz si maiestas illius fuisset diuulgata in populo plurimi resistẽdo principibus sacerdotũ passionẽ eius i pediuissent; sic redẽptio hũani gẽris retardata fuisset. Quarto fz Hyl. qz tũc debebãt eẽ testes diuinitatis xpi cũ essent spũsancto repleti; ad tãte visionis testimoniũ phibẽdũ p fortati. Quinto fm Damas. qz alij discipuli adhuc imperfecti fuissent tristati q̃ hãc visionẽ nõ vidissent; ꝛc iudas magis incitatus ad proditionẽ; saluatoris fuisset. Sexto qz resurrectio xpi multus fuit obnubilis; nõ referuata fuit ista visio; illo diuulgãdo tpe q̃ maxime oportebat ipsũ resurrectionis testimoniũ perhibere cui prestabat argumentum non modicũ ipsa gl̃ia transfiguratiõis; ipsa quoq; visio magis credibilis videbatur q̃ etiã visibiliter per resurrectionem factã monstrabatur. Septimo vt daretur nobis exemplũ ea q̃ ad laudẽ et gl̃iam nostrã spectãt esse occultãda q̃diu sumus in hac mortali vita; et ad faciendũ hoc quod i ecclia dicit. Sle laudes hoim in vita sua; ꝛ in eodẽ. Ante mortẽ ne laudes quẽq̃. Per hoc etiam ondit q̃ secreta et misteria diuia nõ sunt semp; sed loco ꝛ tẽpore debitis publicanda et ordit exẽplum viris sanctis nõ facile publicandi reuelationes sibi factas; sicut paul' annis. xiij. tacuit raptũ suũ. Fuit aũt trãsfiguratio dñi facta circa veris principiũ. Unde euãgelistꝰ de transfiguratiõe legit in ecclis sabbato quatuor tẽporũ post primã in quadragesima dominicã. Festũ vero transfigurationis dñi celebrat vj. kal' augusti. qz tunc ab apostolis fuit transfiguratio predicata ꝛ publicata quam tacuerant vsq; ad diẽ illam ꝑpter ꝓhibitionẽ a domino eis factã in descensu montis thabor cõtra occidentem vbi est vna capella vbi dñs dixit apostolis [nemini dixeritis visionem] ꝛc.

Hyla.

Damasce.

Ecclasti. 11.

2. Corin. 12.

Trãsfigurationis tpis.

¶ Oratio.

Esu redẽptor perditorũ saluator redẽptorũ aie lecrymose et post recurrẽtis dulce solatiũ et suaue refrigeriũ da mihi oẽ delectamentũ extra te respuere ꝛ obliuisci tuo sapore mercar iucũdari et veniat ozo tpis; vt q̃ nũc credo reuelat̃ oculis trãdem aspiciam q̃ nunc spero ꝛ a longe saluto apprehendã q̃ pro viribus meis desidero vlnis aẽ amplecrar et deosculer et in charitate tue abysso rutus absconda; vt in velamento alarũ tuarũ sit pax mihi per euum. Amen.

¶ De sanatione lunatici. Capitu. iiij.

A Matt. 17. Marc. 9. Luc. 9. ꝛ. 17

Equenti autem die Jesus rediẽs de mõte vbi trãsfiguratus fuerat venit ad discipulos quos inferi' dimiserat ꝛ occurrit ei turba que circa ipsos erat. Similit' si prelati vellẽt ad subditos descẽdere per humilitatẽ: cõpassionem; et affabilitatẽ multa turba occurreret eis per pniam. Sz qz semp stãt i alto p elationẽ seu ambitionẽ vel curiositatẽ; iõ pauci eis occurrũt id est pauci ad eos accedũt ꝛ pauciores ab eis sanant; multum ẽsi legit dñs in mõte sanasse. [Et accedit ad eũ] quidã de turba petens misereri vnico filio lunatico fm lune innouationes; magis patienti ꝛ spũ imundũ habẽti quez eijcere

Lunaticus

nõ potuerũt ei' discipuli. Qui eũ apprehẽdens ad terrã allidebat et volutãdo p diuersa membra vexãs dissipabat; sicq; ad ostẽdẽdũ vehemẽtia passiõis spumabat ac dẽtibus stridebat; et lãgues arescebat; ꝛ vix descẽdebat dilaniãs eũ. Qui ẽt sepe eũ vexãdo clamare faciebat; nũci ignẽ nũc ꝛ aqua mittebat; ita vt diuũ pisset ni si prouidẽtia eũ pseruasset. Et cũ iubẽte dño ad ductus esset statim spũs pturbauit eũ; videns eũ se cito eijciẽdum faciebat peius quod poterat in eũ. Deinde increpante eũ domino et precipiente vt exiret ab eo ꝛ ne amplius in eũ introiret quẽ etiã ab effectu malitie sue surdũ ꝛ mutum vocabat qz surdũ ꝛ mutũ eũ fecerat statim discerpẽs eũ exijt ab illo. Et fact' est sicut mortuus; sed Jesus tenẽs manũ eius eleuauit illũ ꝛ surrexit san' et reddidit illũ patri ei'. ¶ Adoraſ' iste lunatic' significat pctõrẽ quẽ diabol' primo apprehẽdit p pcti delectationẽ; scõo clamare facit per pcti ardẽs desideriũ. Tertio mutũ facit ad pcti ꝛ diuini laudis cõfessionẽ; quarto surdũ p obduratione ad ꝗbi monitionẽ; quinto lunaticũ p mẽtis instabilitatẽ ꝛ continua in malum variationẽ; sexto elidit et volutat per eius in diuersa peccata precipitationem; septio dissipat per diuersa cogitationum varietatem; octauo stridere facit dentib' p irã ꝛ indignationem ac spumare per gastrimargiã ꝛ libidinem nono in ignem luxurie mittit vel etiã elatiõis; qz ignis, sursum tẽdit ꝛ ad alta petit; necnon in aquam voluptatum ꝛ cupiditatũ submergit; decimo aridum reddit per otium seu ignauiã ꝛ in deuotionẽ. vnde decimo vix descendit per peccati consuetudinem; duodecimo dilaniat ꝛ dilacerat per naturalium vulnerationem. Dum aũt puer ad deũ accedit cõturbatur; qz sepe post peccata ad deum conuersi magis a demonio impugnãtur; vt vel per tedium virtutum et laboꝛes penitentie excutiat et ad vitia reducat; vel de sua expulsione se vindicet. Sic in primitiua ecclesia multa grauia certamina illis apposuit ꝛ q̃ suo regno sub trahere voluit. Non autem puer vim patiens; sed diabolus vim inferens increpatur; quia qui peccantem vult sanare; vitium odiendo debet augere ꝛ depellere; sed homines amando refouere; et confortare. Exiẽs vero demon ab homine nunq̃ reuertitur si homo cor suum claue humilitatis et charitatis seruauerit. Exiturus autem discerpit eum; quia duꝛ de corde expellit acriores i eo tẽtatiões gñat. Et liberatus a demone velut mortuus videtur qui ẽsi terrena desideria subegit viram in se carnalis conuersationis extinguit; et mundo mortuus apparet. Quẽ autẽ hostis mortuo similem reddit hunc saluator pie dextere tactu leuauit; in que ostenditur dei auxilium; et surrexit in quo monstratur hominis studium: primo ẽsi deus nos iuuat deinde a nobis requiritur vt bonum operemur. [Et cum in domũ si rorisset discipuli secreio interrogabãt Jesum quare ipsi non potuerunt eijcere illũ; ꝛ dixit propter incredulitatẽ eoꝝ.] Nõ dicunt discipuli increduli ꝑpter defectũ fidei sicut indeu; sed ꝑpter remissionẽ seruoꝝ. Nam fidem remissam; habebant non sicut granũ sinapis; qz nõ cũ debito fructuoꝝ credebãt; vt pcipue ipi facere debebãt. Nihil ei impossibile erit habẽti feruẽtẽ fidẽ ꝛ p dilectionẽ operãtẽ, cui nũq̃ sufficit; q̃ bñ gessit. Granũ q̃ppe sinapis est modicũ feruidũ; amarũ; et veneni

Mozalitꝰ pctẽ luna tico similis

Gastrimargia. i. gulositas.

B Incredulitas discipulorum.

Granum sinapis.

expulsiuũ. In hoc ergo q̃ hic cõparat fidẽ grano sinapis innuit q̃ debẽt hẽ fidẽ modicã p humilitatẽ; feruidã; p deuotionẽ; amarã p tribulationũ perpessionẽ; veneni errozis expulsiuã per sinceritatẽ. Sz Ambr. Granũ sinapis res est simplex; si terit vim suã fundit: sic fides simplex videt; ꝛ si atterat aduersis gratiã sue virtutis effundit. Deducit reducit eos ad humilitatẽ monẽdo ne quis de opibus gloriet̃ sed humilet se deo cui iure obsequiũ debet dicẽs [Cũ feceritis oia que pcepta sunt vobis dicite] nõ tãm oze sz ꝛ corde; ne sit tãm vocalis hũilitas sz ꝛ realis [serui inutiles sumus; q̃ debuimus facere fecim'] nec vos iactetis qz bñ seruistis nihil ei fecistis q̃ nõ debuistis. q. d. [dicite] gratiã non meruimus; sz debitũ suitiũ soluẽdo penas vitauim'. Sz econtra. superbi cũ nequaq̃ oia; sz modicũ q̃d eoꝝ que pcepta sunt faciũt; nõ solũ mox de sua iustitia pfumunt; sz ꝛ infirmos quoq; despiciũt nõ ẽsi sumus nostri sz seruiq; pcio magno emptiꝛ ergo xpo cuius pcio empti sumus seruire tenemur; ꝛ nihil omittere q̃ debem'; ꝛ nec aliquiẽ facere q̃ nõ debemus. vñ Seneca. Sapiẽs nihil facit q̃ nõ dz; nihil ptermittit q̃ dz. Nõ dicũt inutiles serui faciẽtes iure debiti mãdata dei quin fructũ recipiãt vite btẽ; sz dicunt inutiles qz dñs bonoꝝ nostroꝝ non indiget; vl' qz nõ sunt pdigne passiones huius tpi ad futurã gloriã que reuelabit̃ in nobis; vel qz quisque magis debet se estimare imperfectũ q̃ q̃ statũ attigerit perfectionis. vñ Beda. hec est igitur i hoibus sola fidei perfectio: si omnibus que pcepta sunt ipletis iperfectos se esse nouerint; ꝛ q̃ diu peregrinãt a dño semp sibi iesse mala q̃ defleãt semp meminerint deesse bona ad que gratia ei' iuuãte pficiãt. Et itez. Qz sine me nihil potestis facere; nõ tẽpoꝝ lõgitudiẽ laboꝝ meritã pẽsare debetis; sz amoze ꝛ famulatu spontaneo nouis semp studijs augere prioza. hec Beda. ꝛ bene ꝛ; q̃ debuimus facere fecimus.] vn Beda. de Beda. Reuera debuimus; qz q̃ nõ venit ministrari; sed ministrare; debitores sibi nos fecit ne nostris videlicet operibus cõfidentes; sz de ei' semper examine pauentes cum prophetia dicamus. quid retribuemus domino pro oibus q̃ retribuit nobis. hec Beda. Attende hic bene q̃ fuus inutalis reputat̃ q̃ hoc solũ facit q̃ facere tenetur. Quantũcunq̃ ẽt pfectionem attigas semper sentias ꝛ dicas: domine deus meus iesu xpe nihil valeo ꝛ male tibi seruio. Debemus ergo nunq̃ a bono opere cessare; ꝛ tamen totũ meritum nostrũ i sufficiẽs respectu mercedis eterne reputare. vnde psal. Qui coronat te in mia ꝛ miserationibus. Non ait in meritis ꝛ in opib' tuis; qz cuius mia pueuimur vt humiliter deo seruiamus eius munere coronamur; vt sublimiter cũ illo regnem'. Et iõ cũ oia fecerim' reputemus nos paꝛ aut nihil fecisse domino respectu mercedis q̃ epectam' ab eo. vnde dicebat btũs frãcisc' ẽt post multos ꝛ magnos laboꝛes frẽs incipiam' fuire domino qz vsq; nunq̃ parũ pfecim'. Et si pceptis ipletis nos humiliare debemus q̃to magis cum de illis multa omisimus. Si ẽsi inutilis est qui oia pfecit quid de illo dicendũ qui ea facere dexperit? Unde Ambro. Nõ te iacres; si bene seruisti qz facere debuisti. Obsequiũ soli obtẽperat luna; suiunt angeli. Unde gentilis elect' a domino nõ fuit inquit diabolus vocari apl's; qz pfecit̃ ꝛ ecclias dei.

Ambro.

Seruus inutilis.

Pſ. cxv.

Pſ. cij.

Luc. xv.

Luc. 4.

Deinde alibi nullius se oñdens pscii culpe subiecti; sed nõ in hoc iustiñcatus sum. Et nos ergo nõ a nobis laudes exigamus ne pticipiam' iudiciũ dei; ꝛ pueniamus suiam iudicis; sz suo tpe suo iudicio reseruemus: Hec ambro. Bonus est itaq; semper in timore stare ꝛ nihil de se pſume re qz quantũcunq; bñ quis seruierit nescit tũ si odio vel amore dignus sit. vñ Bernũ. In veritate didici nihil eque efficaꝛ esse ad gr̃am pmerendã retinendã recuperandã; q̃ si omni tpe coraz deo inueniaris nõ altũ sapere sz timere. Beat' hõ q̃ semp est pauidus. Si adest gr̃a time ne nõ digne operis ex ea. Si subtracta ẽ gr̃a time qz reliquit te virtus tua ꝛ custodia. Si reuersa est gr̃a time ne forte cõtingat recidiuũ pati ꝛ ptin gãt tibi deterioza. hec Bernũ. Uñ ꝛ apl's hortat̃ nos ne in vacuũ gr̃am dei recipiamus. Ille ẽsi gr̃am dei in vacuũ recipit qui se in bonis operibus nõ exercet. Uñ si volum' q̃ gr̃a dei i nobis nõ remaneat vacua necesse est vt eã bonis opib' ꝛ virtuosis exercitijs nutriam'; ꝛ nos a vitijs custodiam'. Debem' ẽt i pceptis dei i oib' opibus nr̃is attẽdere nõ solũ vt faciam'; nz ẽt vt ea sz volũtatẽ dei dirigam'? Uñ Basilij' ponit exẽplũ de fabro faciẽte securi vl' quoddã aliũ q̃ sem per meminit ei' q̃ iniũxit opus ꝛ retinet i corde suo cui' magnitudinis vl' q̃litatis vl' forme ille iniũxerit fieri securi; ꝛ illũ semp intẽdẽs q̃ sibi meminit a dño opis iniũctũ ad hoc dirigit manũ ministerij vt forma opis cũ ei' q̃ iniũxit aio ꝛ volũtate ꝓueniat. Sic ꝛ nos oẽz conatũ ꝛ omne studiũ i actib' nr̃is hẽ debem' vt sz volũtatẽ dei q̃ op' iniũxit nr̃m dirigam' op'; ꝛ tũc poterim' ipiere illũ apl's; sue mãducatis sue bibitis; sive aliũ q̃d facitis oia ad gl̃iam dei facite. Et subdit dñs oñdens quõ pteritas diabolũ superet ꝛ ôt. [hoc gen' demoniorꝝ] i ſ pũ ꝛ carne sinul sz cãm radicatã. q̃le supradictũ est [i nullo] potestatis remedio. i. in nulla potestate. f. ministrorũ [põt exire] ita q̃ nõ habeat potestatem in homine [nisi i oone] que curat pestes spiritus [ꝛ ieiunio] q̃ curat pestis corpis; que sez oro et ieiuniũ sunt effect' fidei feruẽtis ac p charitatem formate ꝛ operantis. ¶ Uñ videt q̃ ex crapula ꝛ ebuietate morbũ illũ incurrisset. Hec ẽt poterat esse alia cã propter quã discipuli nõ potuerunt eũ eijcere. Demones ẽsi non sunt equales in virtute naturali ꝛ ideo vn' alio difficiliꝰ põt expelli. Ad expulsionẽ aũt istius requirebat̃ in expellente subiectio carnis ad spũ que sit p ieiuniũ; ꝛ eleuatio spũs in deus que fit per oronẽ talia aũt nõ erãt adhuc i apostolis: qz p tpe illo nõ ꝑcebat eis ieunare propter pñtia sponsi; nec erant adhuc in deum perfecte eleuati; qz fuerũt rudes ꝛ iperfecti vsq; quo post passionem receperunt plenioꝛem gr̃am spũsancti. Uel [nõ eijcit] ministroꝝ potestate [nisi i oratione] iniuncta [ꝛ ieiunio] ꝛ hoc omiserunt apostoli ꝛ sic fuit error; ꝛ dabãt adhibende ad demones excludendũ: sicut adhuc multi errant eo q̃ clauibus ẽsi debitum ordinem potestatis non vtũtur; quod enim minister vsurpat sibi potestates diuinam ꝛ absolutam hoc dicit esse. Hieronym' de supercilio Phariseorum ꝛ de superbia lucifer qui sine merito sedem suam rotuit collocari in summo fm Chrisõ. dicit genus hoc non tãm Luna ticoꝝ; sed vniuersaliter oim demoniorũ non eijcitur nisi q̃ oratione ꝛ ieiunium qz sp̃ diabolus pctõrem inhabitat nisi q̃ penitentia ad dñs

Ecclꝰ. 9. Bernũ.

Timoz habendus. 2. Loz. 6.

Gratiã recipere si vacuum.

Basilius. Fabri diligentia imitanda.

1. Loz. 10.

Demoniorꝝ potestates diuerse.

Hiero.

Chrisõ.

conuertat: et quãto magis differt tãto difficilius expellit. Vbi Hie. Dũ aũt docet apostolos quomõ nequissimus demõ possit expelli: omnes instruit ad vitã: vt sc̃z nouerimus granioza quæq; vel immundoꝝ spirituum vel hoim tentamẽta ieiunijs et orationibus esse superãda: tamq; oñi cũ in vltionẽ nostrõꝝ scelerũ fuerit accẽsa hoc remedio singulari posse placari. Hec Hier. Per ieiunũ effi vt dictũ est curant pestes corporis: et per orationem pestes mẽtis: sic quelibet tentatio superãt cum eis. Vel per ieiunũ intelligitur declinatio maloꝝ: et per oronẽ operatio bonoꝝ. Et sic accipitur ieiunium hic gñale pro abstinẽtia non solum ab escis sed ab oibus temporalibus delectationibus et vitijs. Aũ ôt Aug. q̃ perfectũ et magnũ ieiunũ est nõ non solum a cibo sed ab oibus iniquitatibus et illicitis voluptatibus seculi abstinere. Aũ Bernũ. Si sola gula peccauit sola ieiunet et sufficit. Si vero peccauerunt cetera mẽbra cur nõ ieiunẽt et ipsa? Ieiunet ergo oculus a curiosis aspectibus et omni petulentia: et dñ humiliatus coherceat ipe mitentia qui male liber vagabat in culpa. Ieiunet auris nequiter pruriens a fabulis et rumoribus et quecunq; otiosa sunt et ad salutem mini me pertinentia. Ieiunet lingua a detractione et murmuratione ab inutilibus varijs et scurrilibus verbis. Interdum quoq; ob grauitatem silentij ab ipsis que videri poterant necessaria. Ieiunet manus ab otiosis signis et operibus oibus quecunq; non sunt imperata. Sed multoꝝ magis aia ipsa ieiunet a vitijs et ppria voluntate sua. Et tũ sine ieiunio hoc cetera a dño reprobant sicut scriptũ est. Qz in diebus ieiunij vri inuenit voluntas vra. Non solũ aũt ab illicitis sed ab ipsis quoq; licitis oportet nos ieiunare si ea nobis que prius commisimus illicita volumus condonari. Hec Bernũ. Et sm Bedam sicut ieiunium gñale est non solum ab escis sed a cunctis illecebris abstinere carnalibus immo ab oibus vitioꝝ passiõibus: sic et ofo gñalis nõ solũ in verbis est quibus diuinam clementiam inuocamus verumetiam: in omnibus que in obsequiũ nostri ꝓditoris fidei deuotione gerimus tetie apostolo qui ait. Sine intermissione orate hec Beda. Et nunc quippe sine intermissione orationes cum ea solum opera gerimus que nos pietati cõmendet auctoris. Semper effi orat q̃ semper bñfacit et in bono perseuerat. ¶ Oratio.

Hiero.

Hiero.

E Ieiunũ perfectum. August. Bernũ.

Beda. ofo gñalis

1. Thess. 5.

Domine iesu xpe qui nos humilitatem verbo et exemplo docuisti da mihi vt nũq̃ alta sed semper humilia de meo corde sentiam et ore proferam et opere ostendam. Eripe me et custodi a malignis spiritibus et defende ab omnibus inimicis visibilibus et inuisibilibus et presta mihi o saluator meus et deus meus: vt ieiunijs et orationibus conuenienter intentus cunctas immundorum spirituũ et prauoꝝ hoium tentationes valeãte inuante superare et abhostibus mẽtis et corpis mearẽ te miserãte liberari et semp̃ salu? esse. Amẽ

¶ De tributo ꝓ dño et petro soluto et de questione discipulorꝝ sup maioritate eorꝝ. Cap. v.

A Luce. 9. Math. 17. et 18. et Mar. 9.

eius: et vtrumq; nunc demõstraret: nisi quanto erat potentior tanto mallet esse patientior. Hec Augu. [Tunc ergo pilatus magis timuit] ne forte verum esset q̃ esset dei filius et sic facti enor me fecisset ipsum puniendo t illudẽdo et ne videret inique agere occidendo. Illi vero hoc dicentes nõ poterant sed interficiunt esi p q̃d oportuerat adorare. Sm augu. Pilatus non timuit legẽ eor vt occideret: q̃ alienigena erat t legem non observabat sed magis timuit filum dei ne occideret. Prius timuit occidere innocẽtem: nunc magis timet occidere dei virtutẽ. Et ideo volens de hoc secretius inquirere: non amplius interrogauit quid fecisti [sed ingressus e iterum in pretorziũ] cũ Jesu vt veritatem magis posset cognoscere extra tumultũ iudeorũ [et ot ad eum: vnde es tu]. i. vnde duxisti originem: p hoc querebat vtrum esset deus originẽ habens diuinam: vel hõ habẽs originẽ terrenam. [Jesus at nõ dedit ei rõsum] implens illud ꝓphetic̃um sicut ouis nõ aperuit os suum: vt nobis daret patientie exemplum. Q̃r esi pilatus altam questiuit questionem nõ audiuit responsionem t nam diui a generatio infideli et incredulo explicanda non erat: et q̃ suam passionem impedire nolebat cum ad hoc venisset q̃ pro nobis pati vellet. [Dixit ergo ei pilatus] procurans eum ad respõsum aliquod per quod illa accusatio excludi posset. [Vnde nõ loqueris?] Admirabatur de ei taciturnitate cum esset in puncto liberationis vel condemnationis sue. Ideo sequitur. [Nescis quia potestatem habeo crucifigere t potestatem habeo dimittere te?] quasi diceret mihi saltem deberes respondere. Sua pilate voce constringeris: tua sententia damnaris. Si enim in te locum est positum: quare innocentem in quo nullam causam inuenis nõ absoluis p potestate. ergo non pro equitate crucifigendum dominum tradis per potestatem latronem absoluis: auctorem vero vite interficis et q̃ gloriatur de sua potestate: ideo respõdit Jesus ad reprimendam eius iactantiam. et tumorem vicens [non haberes potestatem aduersum me vllam] quantulãcũq; habes [nisi] hoc ipsum quicquid est [ri esset datum] et concessum [desuper] scilicet a cesare t vlterius permissum a deo qui est potestas superior t a quo est omnis potestas: t ex hoc arguit eius peccatum: q̃ nõ acceperat potestatem a cesare t a deo cõdemnandi innoxios sed magis liberandi eos: t quia pilatus gẽtilis erat et superioris potestatis timore angebatur: dicit eum minus peccare q̃ iudeos qui legẽ nouerant t inuidia mouebantur. Vñ aug. q̃ plus peccat qui potestati innocentem occidendum iuore tradit q̃ potestas ipsa si eum timore alterius maioris potestat occidit: nec timendo quidem presertim innocentem hominem homo debet occidere: sed tamen id zelando facere multo magis malum est q̃ timendo. Hec augu. Et sil' traditor plus peccauit qui pro questu eum iudeis tradidit. Maius ergo erat peccatum iudee et iudeorum quam pilati: q̃ ad occisionem xpi iudas fuit motus cupiditate: iudei autem rancore: sed pilatus humano timore. [Et exinde] id est ex hac causa et propter hoc: sicut et ne peccaret et peccatum haberet occidendo innocentes et dei filiũ q̃rebat pilatus dimittere eũ] absoluẽdũ q̃ vnus manus esset peccãs q̃ alij q̃ tradiderẽt illũ: nõ q̃ cũ primũ cõciperet: ꝛ si p̃ius volebat modo q̃rebat. Supra esi tentabat eum dimittere: ex tunc oino et cõstanti animo q̃rebat hoc facere. Judei asit nõ valẽtes per falsas accusationes circumuenire iudicẽ nituntẽ ei de iniuria cesaris ingerere timorẽ: t iõ de hoc magis q̃ de oibus superius dictis esi terrere putantes [clamabant dicentes. Si hũc dimittis] qui se regẽ facit [nõ es amicus] et fidelis minister [cesaris] i. ñ zelas p honore statuto dñi tui custodiẽdo: t iõ amicitiã eius amittes. [Omnis qui se regem facit] vsurpãdo ptãtem sibi [contradicit cesari] Imperatores esi romani abstulerant a iudeis regiã dignitatẽ: et iõ qui inter iudeos dicebat se regẽ: videbat facere cõtra imperatoris ordinationẽ: fine cuius cõsensu nõ solebat quis titulo vti regio: hec esi prãs esi terrena natura quod vna est impatiẽs consortij aliarũ. Vñ t ideo cesar nõ patiebat aliũ ñsati. Ubi chrys. Et vnde habetis demõstrare hoc a purpurata o vadanna tera curiata militibus nonne solus semp cũ discipulis incedebat per oia viliter transiẽs et cibũ sumebat et habitationẽ. Hec chrys. cũ autem pilatus audisset [minas sibi inferri a populo de idignatione cesaris: ad hoc plus timuit. Nã esi Augusti. Augusti. Nõ fit potuit pilat' cõtẽnere cesarẽ autores potestatis sue quẽ admodũ legẽ gẽtis alienẽ. Timens ergo cesarẽ t nõ audẽs etiã sm minimam apparentiam facere contra eius honores [adduxit iesu foras [extra pretorium [et sedit pro tribunali]. i. aũ tribunal: vel in tribunali. Pro Tribunali. Nam apud grecos hec prepositio pro idẽ est q̃d ante vel in: hoc est sedit in loco sedis iudicare: seu ad iudicandũ q̃d est officium sedẽtis in tribunali. Est esi tribunal sedes iudicium sicut thronus vel solium regũ: t cathedra doctorum. Et dicitur tribunal q̃ apud romanos tribunicãs particulares discernebant dicti a tribubus q̃d' ꝓponebanẽ. Sedit ꝓ [i loco q̃d' grece lychostratos]. i. lapidũ stratura seu pauimẽtũ varietate lapidũ stratũ: esi a lycos q̃ ẽ lapis t stratos q̃ stratura seu pauimẽtũ: q̃ ille loc' diuersis lapidib' erat pauimẽtat' t erat aũ domũ pilati idez locus dicitur [hebraice gabbatha]. i. collis ros. sive sublimitas ex coaeceruatione lapidum quia locus fuit sublimis vario lapide stratus in quo tribunal erat. [Erat asit parasceue] id est preparatio pasche [hora quasi sexta] Sexta admixti iudei grecis crebro vtebantur vocabulis. Parasceue autem grece dicitur preparatio latine. Sic dicebatur feria sexta: quia in ea preparabant necessaria pro sabbato in quo aliquid decoqui vel operari non licebat: sicut et in deserto duplex manna feria sexta propter sabbatum colligebant: dicitur etiam feria sexta pparatio t quia iudei preparabãt se mundando. Et congrue sexta die crucifigitur dominus t quia per crucem reparauit hominem qui sexta die a deo est factus. Sexta etiam hora dominus pro homine est crucifixus: q̃ sexta hora homo in peccatũ est lapsus. Nam vt dicit Hieronymus. Qua hora primus adam mortem peccando induxit eadem hora secundus adam mortem moriendo destruxit. Sexta quoque hora qua maior fervor dici est crucifigi voluit ad ostendendum q̃d ex magno feruore charitatis passus sit. Tunc pilatus iussit Jesum sisti iudicio [et] allegans pro eius liberatione [dixit iudeis] quasi eos subsannãdo [ecce rex vester] prius dixerat. Ecce homo ingnominiam suam demonstrans t vt eos ad miserẽdũ moueret: hũc ꝓ vt eos magis moueat pronice eis insultat dicẽs [ecce rex vester.] Primo conabat esi liberare per xpi iudibriũ: Scõ per iudeor opprobrium quasi dicat eis. Mirũ est q̃ hunc hominẽ fragellatũ: illusum: t abiectũ dicitis vsurpare sibi regnũ. Talis hõ est q̃ regnũ inuadere vel captare nõ possit. Unde erubescere debetis q̃ esi esse regẽ formidatis. Eõpatiamini ergo illi q̃ de eo timere nõ opz vel tale quid suspicari. Et tñ pilat' sup hoc timet ab eis apud cesarẽ accusari: t sua potestate priuari. vbi Chrisso. Et nimirũ que dicta sunt erãt sufficiẽtia vt facerẽt eos decetero abstra cessare: sed trepidabant ne dimissus rursus turbã ducat: t oia pro hoc agebant. Amor enim principatus versutũ quid est: t animã sufficiẽs perdere propter ea magis insistunt. hec Chrisso. Unde iudei sicut furibundi [clamabant] et ex abundantia malitie ingeminãdo dicebãt. [Tolle tolle] scz ad mortẽ t nõ quãcũq; sed turpissimam. Et explicãtes genus mortis addiderunt t [crucifige eũ.] Interficere ei eũ conabanẽ et morte exprobatissima formidãtes ne aliqua ei' post ipsum fiat memoria. q.d. Tolle eus a nobis ex cõspectu nro gravis esi est nobis ad videndũ nec possumus eũ videre: auferq; eũ de medio et interfice. Quãto plus audiebãt q̃ pilat' vellet liberare eũ: tãto magis clamabãt in cõtrarium vbi Bed. Q̃r totã accusationẽ quã aduersus dñz detulerãt crebra t sollicita pilati interrogatione videbãt euacuatã tandẽ impudici ad solas spẽes cõuertũt: vt q̃d criminãdo t quasi rõcinãdo nequerãt: iaz postulãdo t vociferãdo pficiãt. Quẽ exinde ordinẽ seuiẽdi: etiã beator martyrũ psecutores tenuisse saris ecclesiastica demõstrat hystoria. hec Bed. dulcissime iesu q̃s tã duri' t impi' erit vt clamores illos horribiles [tolle tolle crucifige eũ] sine gemitu t clamore spiritualiter corpis valeat audire: seu mente tractare. Pilat' ꝓ terrorẽ quẽ de cesare ingerũt adhuc superare conat: t volẽs de ipsor ignominia eos frãgere: quos de xpi ignominia nõ potuit mitigare: allegare: allegãsq; in xpi crucifixione eorũ verecũdiã dixit eis quasi subsannãdo [regẽ vestrũ crucifigã?] q̃d redũdat in vsam ignominiã q.d. Ex q̃ eũ regnaẽ formidatis t iam de hoc fama magna fuit nõ est honor vs q̃ rex vester adẽ nec t erit vobis verecũdia si morte sic abiecta moriat. Et iõ si nõ moueamini ab eis humilitate dz vos mouere vestrũ opprobriũ: q̃d esset si crucifigerẽ eũ. Sz illi se a libertate regni dei t xpi excludẽtes iugũ diaboli sũpserũt: ac ppetue seruituti t tyrannidi se subiecerũt dicẽtes [nõ habem' regẽ nisi cesarẽ.] Ex q̃ ptz q̃ extic ppetue romanor se obligauerũt subiectioni renũciantes oi alteri regie dignitati: ptz etiã eor obstinatio ad procurandũ mortẽ xpi: cũ pro ei' pcuratiõe pkessi sũt imppetuũ seipsos subiectos suututi. vñ Chrisso. Abnuerũt dei regnũ t traditi sunt regno romanorũ: q̃ ꝛõ habebãt nõ intellexerũt t ideo quod petierũ: acceperũt. Hoc idẽ etiam facto clamãt nostri põtifices t prelati seu curati q̃ suas ecclesias dimittẽtes ingerunt se negocijs tẽporalibus principatus vel regni. Per hoc asit iterũ iudei timorẽ pilato ingerebãt. Ut enim dicit Aug. Apertissime contra cesarẽ venire videreẽ si regẽ se nõ hẽ nisi cesarẽ ꝓtẽtrib' aliũ regẽ vellet ingerere dimittẽdo impunitũ: quem ꝓter hos ausus ei tradiderãt occidẽdum. Ex q̃ articulo adductionis xpi ad tribunal habentur duo documẽta. Primũ q̃ nos debem' tribunal in mẽte nostra cõstituere: t ibi iudicio astare sicut xps stetit asi tribunal ꝓter nos: vt nos districtũ dei iudiciũ possimus declinare. Juxta illud apli. Si nosmetipsos dyiudicarem' nõ vtiq; iudicaremur. Scõm est q̃ tpe aduersitatis iudicium dei cũ patientia subeamus sicut dominus noster p nobis ductus ante tribunal hois obmutuit: t nõ aperuit os suũ cum oi patientia subiẽs iudiciũ mos quippe tempore aduersitatis quasi ante tribunal dei sistimur. Unde apostolus post xbã pallegata subdit. Cũ asit iudicamur scz tpalibus penis a domino corripimur: q̃ vt dicit glo. Pena ipsa nobis ꝓpria est purgatio: vt non cũ hoc mundo dãnemur. q.d. Ideo est bonum hic per punitionem tempozalem iudicari a deo: t vt hic correpti non damnemur in iudicio futuro. Ad conformandum se huic articulo attendat homo documenta iam premissa et oret mente deuota. Jesu qui asi tribunal pilati adduci et in iudicio sisti voluisti. Da mihi ante tribunal mentis mee conscendere: et me ipsum de culpis meis conscientie testimonio districtius iudicare: iudicium quoq; tuum in aduersis tam patienter hic subire vt iudicio tuo extremo valeam securus astare. Sed pilatus timore mox vinciturus: t a tramite veritatis t iustitie deteriorquetur. Petẽte esi tota iudeorum multitudine vocibus magnis: vt crucifigeretur tandem miser preses pilatus motus timore imperatoris t fauore iudaici populi cui ipse preerat et a quibus pecunias sperabat leuare contra iustitiam t contra cõsciẽtiã qua xpm innocentem nouerat t in quo nulla causa erat dedit sententiam crudelissimam de morte innocentis [t] per sententiam diffinitiuam [tradidit iesum vt crucifigeretur] iudicio t potestate presidis t nõ dixit euãgelista vt crucifigerẽt esi: sz vt crucifigeret p p̃sidis iudiciũ. Sz iõ illis traditũ dixit vt eos crine iplicatos a q̃ alieni esse conabanẽ ostẽderet. nõ esi pilat' hoc faceret nisi vt id q̃d eos cupe cernebat ipleret. Itaq; pilat' ambitiosus nolẽs amittere principatũ t quãq̃ pnciasset xpm innocẽtẽ ac p eũ dimittẽdũ: volẽs tã ad cõplacendũ clamoribus ppli satisfacere. i. eorũ voluntatẽ facere: t nõ q̃d erat placitũ deo t iustitie timẽsq; ne accusaret de cesaris rebellione cum hoc nullũ suspicãs periculũ si innocẽtẽ pauperẽ morti adiudicaret: maxime q̃ cõtradictor aliq̃s nõ apparebat: ptulit snẽm t iudicauit eum ob culpã affectati regni esse crucifigẽdũ q̃ esi iudei cesarẽ regẽ t dñm pfessi sunt: vidẽs q̃ sic se potestati romanorũ subiecerũt cõdẽnauit iesum quasi vsurpantẽ cesaris potestatẽ t traditit eũ volũtati ipsorũ ad crucifigendũ. Que autem fuerit forma sententie nõ est expressum ab euangelistis: in euãgelio tamẽ nicodemi scribit q̃ pilatus protulerit snẽm sub his verbis Bẽs tua comprobauit te regẽ: propterea precipio te primum flagellari sm principum statuta. deinde in cruce allegari. Peccauit pilatus t nõ excusatur: quia cum iudex esset tenebatur ex officio seruare iustitiam t et nec timore cedere debuit: nec amore vt faceret contra eam qui si omnino voluisset quem iussuz pronunciauerat eripere potuisset. Minus tã peccauit q̃ iudei: instetit esi quantum potuit vt illum ex eorum manibus liberaret: t eius mortiuz fuit minus

Documẽta duo. f. co. xpi.

Ambitio pilati

Snẽ pilati pta xpi forma. Pilati pctm.

minus malū ⁊ quia iudei ad occidendum xpm moti sunt per rancorē ⁊ odiū pilatus vero vero ꝓpter timorē cesaris ⁊ fauorē iudeorū. Sic ergo eis consensit quia cum effectu furori eorū obuiasse potuit: cōsentit eēm qui cū pōt arguere nō arguit nō consentit etiam cōsensu pleno ⁊ coacto. Sicut ait tūc pilat: sic hodie faciūt multi iudices timore vel fauore a veritate iudicij declinātes: ⁊ iustitiā subuertētes: ecce quomodo innocētissim⁹ agnus vt te a iudicio ⁊ lamento iuste ⁊ eterne dānationis eriperet iniuste ꝓpter te iudicio dānari preelegit: ecce que nō rapuit pro te soluit: ⁊ tu aīa mea nequā ⁊ impia: nec deuotionis soluis pinguedinēm: nec commassionis refundis affectum. Cogita quantum emici eius clamauerunt quando illam sententiam audiuerūt. Sed maledicti gaudēt ⁊ exultant ꝗ intentū suū prauum habent ⁊ ridentes eum qui est verus ⁊ eternus deus deridentes ei⁹ mortem quantū possunt accelerant: ⁊ nō beneficiorū ⁊ opeꝝ eius recordant: non propter innocentiam eius mouentur: ⁊ quod crudelius videtur non propter afflictionem quam in eo videnT ⁊ retrahūt. Et sic hora tertia crucifixus est dōs linguis iudeorum: ⁊ sexta manibus militum. vnde Aug. Omēs iudei facinus interfecti xpi a se in romanos: id est pilatum ⁊ eius milites transferre conati sunt: propterea marc⁹ ea hora qua xps a militibus crucifixus est qne agi sexta iam ceperat pretermissa: tertiam potius horā recordatus expressit qua hora intelligūtur clamare potuisse crucifige crucifige: vt non illi tantū reperiantur crucifixisse iesum. i. milites qui eū ligno sexta hora suspenderunt: verū etiā iudei qui vt crucifigeretur hora tertia clamauerunt. Et iterum appitores ptātis hora sexta crucifixerunt preuaricatores legis hora tertia clamauerunt. Quod illi manib⁹ hora sexta hoc isti lingua hora tertia. Rei magis isti qui clamādo seuiebant ꝗ illi qui obtēperando ministrabant. Hec Aug. Alij dicunt ꝗ in hora tertia dōs iam condēnatus fit: ⁊ in hora tertia incepta est crucifixio eius: ⁊ occupatis eis in crucifixione fluxit xps vsq; ad sextam: ⁊ in hora sexta crucifixio fuit consummata: et ideo qd ōr de tertia verū est de crucifixionis principio et qd ōrde sexta intelligitur de crucifiximatione: ꝓm veritatē potest esse mediculum horarū: ⁊ hora mtdia inter sextā ⁊ tertiam: ⁊ qr mediū denominatur ab vtroq; extremorū: ⁊ ideo ab euangelistis qnq; dicitur tertia ⁊ aliquando dicitur sexta. Unde etiā ī signū huius ecclesia cōiter inter tertiam ⁊ sextam celebrat missas solennes: quia missa in memoriam celebratur passionis. Ex hoc articulo condēnationis xpi ad mortē per sententiam trahitur documentum ꝗ nos caueamus ne vnq; iustā mortis sententiam aīe vel corpis mereamur. Itē sicut saluator noster sustinuit pro nobis iniquam ab hoīe contra se ferri sniam: sic ⁊ nos pro deo curare non debemus iniqua hoīm iudicia. vnde apls. Mihi inquit pro minimo est vt a vobis iudicer: aut ab humano die. Ad cōformandum se huic articulo ozet hō dicēdo. Iesu qui suiam cōdemnationis ad mortē: mortē ait crucis ino cēter subire voluisti: fac me iustam mortis sententiā siue in corpe: siue in aīa nō mereri: ⁊ tui amore iniquas hoīm iudicia nō timere. Data aūt sniā reducitur dōs intus ⁊ spoliatur [coplamyde ⁊ purpura] quib⁹ fuerat ab illis indut⁹: ⁊ ad hyc nudo corā eo existenti vix datur sibi licentia vestiēdi. Intuere ⁊ hic dōm ꝓm consideratio nē supra de flagellatione posita. tandem [vestimētis suis] quibus eum spoliauerāt [reinduerunt eum] vt ductus ad mortem magis cognosceret in veste ppria ꝗ in aliena: ⁊ cū eēt vestimētis suis reuestit⁹ ducit eū foras: quanto citius ne mortē eius differant amplius vbi ligantes funē manus ⁊ collū ipsius iudicij sue mortis ei imponunt: ⁊ ipm tanq; malefactorē extra ppriā ciuitatē eijciūt. Nam venerabile lignum crucis longū ⁊ grossum ⁊ multū graue ponunt super humeros suos delicatissimos vt portet ipm ad locum vbi erat crucifigēdus. Ut eēm ōr in hystorijs opinio est crucem quindecim pedes habuisse in longitudine. Et qr lignū illud reputabatur propnanum ⁊ immundū: ⁊ mors crucis ignominiosa. qr vt ōr in deut. Maledict⁹ qui pēdet in ligno: ideo nullus eorū lignum illud nedū portare: sed nec tangere voluit: ⁊ ideo imposuerunt illud iesu vt iā damnato: agnus aūt māsuetissimus patienter suscipit: ⁊ portat patibulum suis humeris in angariā mortis tendens ad locū passionis. vū Ang. Hic adimpletur illud Esa. Cuius principatus super humerum eius. Principat⁹ eēm xpi est crux eius ꝓpter quā (ꝗs apls) deus eum exaltauit: ⁊ sicut signū dignitatis alij balthei: alij mitrā portant sic ⁊ dōs crucē: ⁊ si quiras inuenies non aliter in nobis regnare ie summisi per asperitates quo fit vt delitiosi inimici sint crucis. hec Aug. Completur etiam nūc figura isaac obedientiat: ⁊ ad patris iussum ligna pro sui immolatione portantis. ⁊ ꝓm Chrisо. Quō isaac dimissus est ⁊ mactatus aries: ⁊ sic et hic diuina natura manet impassibilis: sed mactata est humanitas herens cornibus inter vepres. i. iter retinacula pctōr quibus natura humana detinebat: hic ēt cōpletur vidue sarepta ne figura que collegit duo ligna. vū Anselm. Uide aīa mea quō ꝗ aīa vir iste coartat ⁊ spernitur. Sub crucis onere dorsum incuruare iubetur: ⁊ suipsius portare ignominiam. O spectaculum vides ne? Ecce principatus eius super humerū eius. hec est virga equitatis virga regni sui. vnde ⁊ Hiero. Hic educitur abel in agrum a fratre vt perimat. Hic adest isaac cum lignis: ⁊ Abraam cum ariete vepribus herēte. hic adest ioseph cū gramineo fasce summiatorū: ⁊ tunica alari sanguine lita. hic adest moyses cum virga et serpente suspenso ī ligno. hic adest botrus in ligno portatus. hic adest helyseus cum ligno ad querendam securim que in imo demersa erat et natauit ad lignum. i. genus humanum qd a ligno vetito in infernum decidit: per lignū crucis xpi ⁊ baptismū aque ad paradisum natauit. hic id est Jonas de ligno forti in mare ventremque ceti triduo missus. vnde ēt Aug. O grande spectaculū. Si spectet impietas grāde ludibrium. Si pietas grande misterium. Si impietas spectet grande ignominie documentū. Si pietas grande fidei munimentum. Si spectet impietas videt regem pro virga regni lignum sui portare supplicij. Si pietas videt regem baiulantem lignū ad seipsum figēdum: quod fixur⁹ fuerat etiam in frontibus regum in eo spernendus oculis impioꝝ in quo erāt gloriatura corda sanctorum. Dicturo enim paulo. Mihi autē absit gloriari nisi in cruce dñi nostri iesu xpi: ipsam crucem suā gestans humeros cōmēdabat ⁊ lucerne arfure que sub modio ponēda nō erat candelabrū ferebat. hec Aug. Portat aūt xps crucem vt rex: sceptrū in signū glorie que est vniuersale rerū oīm dñiū. Item vt victor trophēū ⁊ signū sue victorie quo principatus ⁊ ptātes expoliando triumphauit. Item ⁊ doctor portat candelabrum in quo ponenda erat lucerna sue doctrine: ⁊ qr signū crucis fidelibus est virtus dei. Et sicut summus sacerdos qū ibat ad taberna culū vt intraret sancta sctōr portabat clauem super humerū sū: sic xps vādēs ad tabernaculum sancti sctōr volens nobis aperire portauit clauem. s. crucem super humerū. Baiulatio crucis ꝓfigurata fuit in isaac filio abrae Isaac eēm ligna propijs humeris ferebat in q̄bus eius pater suus immolare volebat: ⁊ sic xps propijs hūeris crucē baiulabat in qua ipm gens iudeorū suspendere affectabat. Isaac ad obediendū patri se voluntariū exhibuit: sic filius dei patri suo celesti vsq; ad mortē opediuit: dno aūt populi iesum ad interficiendū eduxerunt: videlicet iudei qui corde ⁊ gentiles q̄ opere hoc fecerunt Isti olim per duos exploratores ꝓfigurati erāt qui botrum de terra promissionis ad desertum afferebant q̄ botrum prefigurabatur filius dei iesus xps q̄ per hos duos populos de hierlm in locū caluarie est ductus per botrū illū ꝓbabāt filij israel terre ꝓmissionis bonitatē per doctrinā xpi possum? cōsiderare patrie celestis suauitatem. Eduxerunt aūt eū extra ciuitatem quorum eēm animalium sanguis inferebatur in sancta sanctorum: hoꝝ corpora educebantur extra castra cum cremabantur ⁊ immolabantur. Baiulans vero crucem per hoc nos inducit ad sui sequelā sicut ante dixerat monendo ad eam. Si q̄s vult venire post me. abneget semetipm ⁊ tollat crucem suā ⁊ sequat⁹ me. Sicut eēm xps autor vite sentētia mortis super eū data crucē sibi baiulās cōfestim ad locū supplicij fozas educitur tāq; malefactor: qui hui⁹ mundi vita indignus estimat: sic verus xpi imitator seipsum abneget crucem suam tollendo: ⁊ extra castruz secum improperia eius portando tāq; purgamentum hui⁹ mūdi factus semperq; mortificationē iesu in corpe suo circiferat: vt ⁊ vita iesu in corpe suo tādē manifestaſ fiat. ¶ Et nota ꝗ hec tria. s. qr exuerūt eū veste regia [⁊ induerūt eū vestimētis suis et duxerunt eū vt crucifigerent] figuratiua sunt passionis in corpe mystico. s. ecclesiar: maxime tpibus anti xpi. Exutio regie vestis est spoliatio terrene ptātis: ⁊ induitio ppie vestis est reuersio pristine paupertatis: ⁊ ductio ad crucifigendū est violentia persecutiōis finalis. Cum igitur xps pilato imperāte p̄cone clamante baiulans sibi crucē trahereT ad supplicū: tunc cū ducendo ⁊ accelerando: opprobrijs saturāda fact⁹ est ꝓcursus ppl⁹ post ipm eum tiumalij sup ipm plāgabāt: alij illudentes irridebāt alij lutū ⁊ immūdicias in caput ⁊ in faciē ei⁹ pijciebant. Sz ipe quasi agnus innocēs vt ouis coā tōdēte se inclinato capite incedēs ad oīa tacebat: q̄ ñ tāq; ouis ad occisionē ⁊ quasi agnus ad imolādū ductus est: ⁊ nō aperuit os suum. Et sequebatur eum triplex turba. Prima carnificū que eū premebat. Secunda iudeorū que eum irridebat. Tertia amicorum que anxie lugebat. Et insuper quarta illorū qui ad videndum spectaculum veniebāt: vnde non eadē mēte sequebant: sed quidā vt leti morientem aspicerent quem viuentē oderant: alij vt morientem plangerēt quem viuentē dilexerāt ductus ē autem cū focijs duobus vtq; latronibus per medium vrbis vbi eius cōfusio patebat singul⁹ ad ostia et fozes cōfluentib⁹: hec est societas sua. O bone iesu quātam tibi verecūdiā isti faciunt latronibus te associant: sed et deterius tibi faciunt qr crucē portandā imponunt qd de latronibus non legit. vnde non solum cū iniquis deputatus es: sed et iniquoꝝ iniquior. Indicibilis est domine patientia tua: hoc ad literam procuratum fuit per principes iudeorū vt xps infamaretur in criminibus eorum pticipasset: et sic ipi viderentur iuste mortē eius procurasse. Sic et hodie frequēter maligni faciunt qui suam nequitiam per bonorum infamiam operire querunt: per iustitie etiam subuersionem hodie in mtris locis deputantur iusti cum iniquis. Christus autem permisit hoc fieri vt ostenderet ꝗ pro peccatoribus vellet pati. Unde Beda. Sed ille cuz iniquis deputatus est in morte vt iniquos iustificaret in resurrectione: qui cum in forma dei esset propter homines homo factus est vt hominibus potestatem daret filios dei fieri. Hec Beda. Occurre igitur nūc anima mea et vide amatorē tuum et dominum pro te crucem baiulantem: ⁊ ad patibulum properantem: tac tua crimina suis penis expiantem. Cerne eum quomodo sub honere crucis curuus incedit et vehementer anhelat. Comparere ei quantum potes in tot angustijs et ludibriorum renouationibus posito. Certe bene faceres si iuuares dominum deum tuum: et diceres. date obsecro mihi crucem domini meiet ego portabo eam. Quia vero mesta mater et meroze confecta propter multitudinē populi appropinquare ei non poterat: nec eum videre iuit celeriter per aliam viam breuiorem et compendiosam cum sociabus suis ⁊ ioanne: vt alios precedens valeret eidem approximare. Cum autem extra portam ciuitatis in concursu viarum eū obuiuz haberet: cernēs eū sic onerātū ligno tā grandi qd aīā nō videratur semimortuam facta est: ⁊ pene exanimata pre angustia ⁊ nec ei verbū dicere poterat: nec dōs sibi accelerātus ab his qui eum ducebant. O ꝗ tristes ⁊ dolentes: q̄ clamantes ⁊ plorātes ibant mulieres sancte sustentantes dominā nostram matrē eius nō volentē se sustentare vel sustinere: immo ōr in terrā corruisse. Credo q̄ ipa libēter crucē portasset si potuisset: ⁊ q̄ huis nō posset libēter accepisset. vū Anselm. Hac voce vt reor sequebat⁹ dicens. Vadis ppiator: solus ad immolādū p oibus: non tibi occurrit petrus qui dixit pro te moriar. Reliquit te thomas qui ait. Cuz eos oēs moriamur: ⁊ nullus de his nisi tu solus duceris: qui me castā conseruasti filius meus ⁊ deus meus. Verum hec verba ex magne pietatis affectu producta: ita ad hoc memorasse sufficiat: vt oculus ea pietatis attendens: dū tante matris gemebundis affectibus cōpatitur fructu pij amoris illius aliqū remunerari mereat hec Anselm. Ulterius autē dōs pcedens parum post vertit se ad ipsas mulieres sequētes ⁊ flentes. Quia eēm nouit dōs qui sunt eius ꝓtermissa furentis populi turba ad amantes ⁊ plangētes se feminas: oculos ⁊ ozā cōuertit: suos eēm dōs libēter respicit ⁊ dixit eis. [Filie hierlm nolite

Pilati iniquitatores.

Judeorum acceleratio

AA Crucifixus lingua. August. Hora crucifixionis.

Hora missae celebrādo. Documentum.

1. co. 4.

Conformatio.

figure.

BB Lignum crucis. Longitudo crucis.

Gen. 22.

Deus. Crucis portatur hūeris.

Mat. 5.

August. Esa. 9. Phil. 2.

Bene. 22. Chrisо.

Matth. 16.

Zach. 13. Anselm.

Hiero. Gen. 4. Ge. 22. Genes. 37. Nu. 21. Nu. 13. 4. Reg. 6.

Jone 1. 2. August. Crucē portantis spectaculū.

Turba triplex xpm sequēs.

Contēplatio.

Anselm.

Marie occursus.

DD Respectus dñi in filias hierlm.

flere super me] nunc lamentamini me moriturū
cuius cito resurrectio mortē soluere pōt: cuius
mors ⁊ oēm mortē ⁊ ipsum mortis autorem de-
struet. Non ēnī oportet flere eū qui propria pa-
titur sponte: sed magis eis applaudere: vbi cuz
filia hierlm appellat daē intelligi ḋ nō solum
mulieres de galilea eum secute sunt: sed etiam
alique mulieres eiusdē vbis per deuotionē ei
adheserunt. Typum gerebant iste mulieres eo-
rū q̄ alijs cōpatiunt ⁊ miserentur: sed nō sibi alio
rū peccata deplorāt ⁊ accusantur: ſ de suis mori-
bus nō curantur: cōtra qd dr in Ecclesiastico. Mi-
serere aīe tue placēs deo. Non ergo phibet dñs
ꝑ passionem: ſz pdicit aliā luctus causam. vnde
subiungit. [Sed super vosipsas ⁊ sup filios ve-
stros flete] ⁊ sup imminenti excidio vbis ⁊ gē-
tis vestre vosḋ ipsas ⁊ vestrā pgeniē dignis la-
chrymarū fletibus abluite ne in vltionem mee
mortis dānemini et cū pfidis. Scōm sensum li-
teralē fletus ad quē induxit ꝓs mulieres fuit
ppē miseriā p romanos sup iudeos venturā: ⁊
illa miseria figura fuit miserie super icredulos
per spūs malignos venture: ꝓ cuius euasione
flendum est ⁊ orādū ante terminum hui⁹ vite.
[Ecce enim dies venient] scz quadragesimo anno
post passionē xpi [in quib⁹ steriles q̄ non genue
runt ⁊ lactauerūt dicentur beate] qz agiliores
erūt ad fugiendū ḋ grauide ⁊ p se solū anxie.
In die iudicij parētes dicēt filijs se esse dāna
tos ꝑpter amorē nimiū filiorū: ecōuerso filij di
cent se esse dānatos ꝑpter amorē ⁊ sequelā pa-
rētū. [Tunc incipient dicere mōtib⁹ cadite sup
nos: ⁊ collib⁹ operite nos] quia aliqui prehorro
re miseriārū dicebāt: vtinā montes caderent
sup nos ⁊ colles operirēt nos. Similiter in die
iudicij hoc dicēt reprobi optātes abscōdi a facie
dñi. [Qz si in viridi ligno hec faciūt in arido q̄d
fiet.] Christus hic dr lignum viride faciens fru-
ctum ⁊ per consequēs indignū abscisione per
mortem. Populus aūt iudaicus lignū aridū in
fructuosum: ⁊ p cōsequēs dignū abscisione ꝑ mor
tē. Viride ēt lignū ⁊ fructiferū sunt iusti ⁊ elecri
ſz aridū ⁊ infructiferū pctōres ⁊ impij. [Si ergo in
viridi ligno] .i. in xpo oīm virtutū vtroze virenti
[hec faciūt] .i. tot tormēta inferūt [in arido] .i. in
populo iudaico ⁊ pctōre ab oi honore gratie de-
stituto ⁊ arefacto [quid fiet.] Certe graui⁹ puni-
ent. Quasi oīnibus diceret. Si ego qui pctōrū nō
feci ⁊ fructuosus sum sine igne passionis de infi-
do non exeo: quē tormenta manent peccatorib⁹
⁊ impijs qui fructib⁹ sunt vacui. Certe dñe iesu
verum est: quia si tu arbor sancta lignum vire
fructuosum ⁊ benedictus tāta pateris: ⁊ ramis
tuis spoliaris quid erit de nobis miseris qui su
mus lignum infructuosum ⁊ siccum aptum pro
igne ⁊ gehenne incendijs. Sic ergo incipit iudi-
cium de domo dei: ⁊ omnes qui volūt pie viuere
in xpo persecutionē patiuntur: quis finis eorum
qui non credunt dei euangelio? impie viuunt?
vnde Augu. Si hnc fine flagello non exit qui
huc sine peccato venit quomodo flagellis digni
non sunt qui huc cum peccato venerunt? vnde
⁊ Greg. Quotiēs mortem saluatoris attendo et
patientiam Job: ⁊ mortē baptiste considero di-
co tibi pctōr hic considera quid passuri sunt
illi quos reprobatū tanta passī sunt q̄s amat
hec Greg. Bonum esset de his cogitare vt co-
gitatio tāte angustie nobis timorē incuteret: et
timor īcussū a nobis peccatū perpetratū expelle
retvel a perpetrādo arceret exemplo Hieronymi dicentis. Siue comedāt: siue bibāt: siue aliq̄d
aliud faciā semp videt auribus meis insonare
illa vox terribilis. Surgite mortui venite ad iu-
dicū. ¶ In pdictis duobus locis que nō sunt
in ipsa ciuitate: sed extra ecclesiam sepulchri. ſ.
vbi xps obuiauit matri: ⁊ vbi se vertit ad mulie
res adhuc vt dr apparent vestigia ecclesiarū q̄
ibi facte erāt in hozū memoriā. Cū ergo dñs vl-
terius pcessisset ⁊ ita fatigat⁹ ac fractus: ⁊ ex af-
flictione precedēti debilitatus esset ḋ lento gra
du incederet: ⁊ amplius crucē portare non pos-
set deposuit eā vt aliquātulū pausaret ⁊ respira
ret. Illi aūt pessimi nolentes differre mortē ei
timentes ne pilat⁹ suiam reuocaret: ⁊ qz volun-
tatē dimittendi eū offerat [coegerunt Symo
nē cyreneū] occīsa cyrene ciuitate libie [patrē
alexandri et rufi] discipulorū dñi [de villa ve-
nientē] ⁊ ad ciuitatē eūdo eis occurrētē [vt porta
ret crucem] post iesum vsḋ ad crucifixionis lo-
cum. Hoc aūt nō fecerūt ex cōpassione ad xpm
sed vt citius ducerēt ad crucifigēdū. Itē vt oñ-
derēt eū esse hoiem fatigatū ⁊ infirmū: ⁊ sic nō
crederēt dei filius. Vt aūt ait Augusti. Nullus
aliorū acceptabat crucē baiulare eo ḋ lignum
detestabile putabat: ⁊ ideo Symōi cyreneo ḋ
in quādā iacturā imposuerunt crucē portandā:
quā alij recusabāt. Qui portauit eā corpal⁹ ⁊ in
uitemō spīal⁹ ⁊ volūtarie tū qz hoc erat turpe
tum qz fortūā erat iesu discipulus. Ij occultus.
Et vt dicit Hiero. Nomē istius symonis hic ex-
pmit rōne filioz suoz q̄ erāt xpi discipuli. Cru
cē iesū portare nō poterat qz ex afflictiōib⁹
pcedētib⁹ fatigat⁹ erat: ⁊ iō iudei crucē symōi
portare post iesū ponebāt. In q̄ docemur ḋ ali
bet dr portare crucē pnie ḋ diu pōt: sed cū vlte-
ri⁹ nō pōt tūc placet christo q̄ ali⁹ p eo portet.
Iste symon sm quosdā nō fuit hierosolymita:
sed pegrin⁹ ⁊ aduenaiq̄ fuerat gentilis: ⁊ fact⁹
fuit ꝓselitus. Et ij ipsi ranḋ cōtēptibili impo-
fuerūt crucem iesu: hoc tū nō vacat a mysterio.
Significabat ēnī ḋ gentilitas ab ipsis hēreis
immediate crucem susceptura ad redemptionē
erat que ⁊ tenebras ignorantie idolatrie extir-
paret qd alexander interptat: ⁊ totā ecclesiam
de gentibus sanguine suo decorare qd signat
rufus: ⁊ q̄ oia merorē gentium per obedientiā
deponeret qd interpretat symon: ⁊ heredes re-
gni faceret qd interpretat cyreneus: ⁊ crucē xpi
in altū p patientiā extolleret qd sustollere cru
cē xpi sigīt: ⁊ ad hoc ꝓpellerēt iudei p hoc qd ver
bum crucis reiecerūt qd figīt agaria. Ipse ergo
christus primus ac passionem crucis sustinuit: ⁊
postmodum alij ⁊ maxime aduene gentiles eus
imitando. Sapientia enim diuina ordinauit vt
ipse dominus crucem primo portaret: ⁊ portan-
do nobis portandam prebaret. vnde Hylarius
Indignus enim iudeus erat christi crucem fer
re: ⁊ quia fidei gentium erat in reliquum: ⁊ cru
cem accipere ⁊ compati: vnde ⁊ glosa. Ecce
non hēreus: sed alienigena et peregrinus op-
proprio xpi subdit vt plenitudo sacramentorū
transire a iudeis ad gentes oñdat. Symō quip
pe obediens interpretatur cyreneus heres. Vñ
bene per eū designātur xpiani ex gētibus con-
uersi q̄ quondā peregrini erant testamentorū
deiſed nunc credendo ⁊ obediendo diuinis mā
datis facti sunt ciues sanctorum ⁊ domestici
atq̄ heredes dei: coheredes autem xpi. Hec glo

Hiero.

Eccl. 30.

Symō cyrenē cur crucē portare cogit.

Augustin.

Hieron.

Documēta Hilarii in symōe cyreneo.

Ber.

August.

Cruce xpo conformare.

Theo.

Conformatio

De villa ergo Symon egrediens crucem portat
post iesum cū populus nationū paganis ritib⁹
derelictis vestigia dñice passionis obedienter
amplectit. Villa ēnī grece pagos vocatur a qua
pagani nomē trahunt. Vñ paganos appellam⁹
eos quos a ciuitate dei alienos videmus. Unde
Theo. Ille tollit crucē suā qui venit a villa .i. q̄
dimittit hunc mūdū ⁊ opa eius. in hierlm .i. in
supernā ciuitatē tendens. Ex hoc articulo baiu
lationis crucis sumunt duo documenta. Primū
est qd nos xpiani crucē portare debemus post
iesum: qz xps passus est p nobis relinquens no
bis exemplū vt sequamur vestigia eius. vñ glo.
Prior dñs crucē portat qui prior passus est: po-
stea imposita est symoni cyreneo post xpm por-
tandā: qz debemus sequi vestigia eius. vñ dicit
Ambro. Non hcessit symon ſz sequebatur. Hinc
dñs in euangelio. Si quis post me vult venire
tollat crucē suā quotidie ⁊ sequatur me. ¶ Ubi
tria innuit necessaria portanti crucē post iesum
Videlicet ḋ portet eā volūtarie: ⁊ non angaria-
tus sicut symon iste. Vñ dicit si q̄s vult ⁊c. Itē
ḋ portet crucē suā. ſ. ppriā non sicut iste symon
alienā vñ dicit crucē suā. Itē ḋ portet crucē nō
p inani ſz dei gloria. vñ dr: ⁊ sequat me. Notādū
aūt sm Aug. ḋ crux dñi nō tm illa dr q̄ ꝑs passi
onis xpi ligni affictione cōstruit: ſz ⁊ illa q̄ toti
us vite curriculo cōcta: disciplinar virtutib⁹
coaptatur. Intelligēdū ergo crucē nō ligni pari
bulum: sed vite: virtutis ꝓpositū. Tota igit vi
ta xpiani hoīs ſi sm euangelium vivat crux atq̄
martyrium est. hec Aug. Et ista est crux q̄ quo-
tidie est portanda. Hanc aūt q̄dam portāt volun
tarie vt viri perfecti imitatores xpi: q̄dā inuite
ficut qui cum murmure ⁊ coacti alicui se distri-
ctioni subijciunt vel bonum faciūt. Quidē etiaz
portant crucem alienā non suā: ficut q̄ abstinen
tiam ⁊ districtionē sanctorū pdicātes: sed in se noz
seruant: vel qui sub regula arctissima se militā
re gloriantur: sed per eius obseruātiā nō mortifi
cantur. Quidā insuper crucē portāt: sed xpm nō
sequuntur: vt q̄ p laude hmana laborant: sed ad
huc dei dilectiōē nō trahūtur. Vñ ⁊ sicut symon
crucē portant: ſz nō moriuntur: qz corp⁹ q̄dē p la
borē affligunt: sep de desideriū gloie mūdo vi
unt. Primi figurantur i dño ⁊ faciunt pniam me
ritoriam. Alij figurantur in symone ⁊ hi faciunt
pniam: ſz nō meritoriam. vñ Bern. Ue semel ve-
teriū crucē portārib⁹ ⁊ nō sequentibus xpm ve
portantib⁹ crucē non sicut saluator suā: ⁊ sed ad
angariā sicut cyreneus alienā. Si crucē portas
cum crucifixo cur nō moteris mundo? hec Ber.
Spōte igitur ⁊ xpi amore crucem tuam porta
post iesum quotidie: et semp oculum mentis in
eum dirige: ⁊ leuius portabis quecunḋ pateris
vñ Aug. Quantūcūq̄ ppinat nobis pnitis xpis
tribulatio parua patimur si recordamur quis
pro nobis fuerit ad crucis patibulū: quis nos in
uitat ad gloriā. Caue ēt ne vnḋ crucem xpo fa-
brices vel dorso eius imponas. Crucem ēnī xpi
ad crucifigendū ipm phibetur carpentare q̄ ad
perpetrandū mala conatur cōsiliū ⁊ auxilij pre
stare ⁊ dorso xpi crucem baiulandā imponit qui
pctōrū suum diuine ordinationi attribuit. Scōm
documentū est sm Theo. ḋ qui ad modū xpi ma
gister est: ⁊ ipse primo tollere crucē ⁊ timore dei
ꝓpriā carnem crucifigere ⁊ sic subditis ⁊ obe-
dientibus salutari eam angaria imponere. Ad
conformandum se huic articulo reminiscetur
hō q̄ta charitate xps crucē portauit: ⁊ quāti pō
deris illa crux fuerit cui oia pctā mundi ipposita
erant que oia agnus immolād⁹ in humeris suis
portauit. Poterit ēt hō p imaginē recolere qua-
si ipse portet crucem post iesum: ⁊ cū iesu instar
symonis cyrenei velalius put deuotio ministra
bit. Jesu q̄ crucē tuā pprijs hēreis baiulare vo
luisti: ⁊ fac me crucē arctioris cōtinentie sponte
apprehēdere: teq̄ post te q̄tidie baiulare. Et no-
ta ḋ quatuor portauerūt crucē etiaz materialē
s. latro finisterq̄ significat impenitētes q̄ de cru
ce pōtis penalitatis trāseūt ad crucē eterne ca-
lamitatis: latro dexter q̄ significat vere peniten
tes: ſtimō q̄ significat de pnia murmurātes: xps
q̄ significat innocētes aliorū pctā portātes. Pri-
mi sustinēt penās: ſz nō faciunt pniam. Secundi
faciūt pniam meritoriā ⁊ ppriā. Tertij faciūt pe
nitētiā ſz nō meritoriā. Quarti faciūt pniam nō
ppriā: ſz meritoriā. Primo itaq̄ iesus crucē suaz
q̄diu potuerat baiulauit postea imposita est sy-
moni congruo ordine ministerij. [Jesum autez]
sic exoneratū: ſz vt latronē ligatū [duxerunt in
golgota qd interptat caluarie locus ad crucifi-
gendū] clamātes ⁊ vociferātes post ipsū: ista du-
ctio fuit exprobrosiorū penosiorū inter oēs. de q̄
bus dictū est supra plurib⁹ de causis. Prio rōne
ignominie. qz valde ignominiosum est duci ad
patibulū. Secōa rōne societatis: qz [ducebant cū
eo ⁊ alij duo nequā vt interficerent] qd spāl⁹ fa-
ctū est ad maiorē suā cōfusionē vt nō videret di
stictio iter xpm ⁊ alios nequā. Tertio rōne mul
tiplicis comitiue ⁊ turbe q̄ eū sequebant: ſz non
vna eadēq̄ mēte. Quarto rōne loci ad quē dedu
xerunt eū q̄ horrore pstabat pariter ⁊ fetore. Ex
isto articulo deductionis i golgata ad crucifigē
dum tria trahunt documēta. Primū est q̄ sicut
xps volūtarie duct⁹ est ad patibulū tāq̄ ouis ad
victimam: sic ⁊ nos volūtarie ducamur ad obe-
dientiā mandatorū dei ⁊ platorum vice dei qua
ppria volūtas mactatur. Secūdū est ḋ nos seq̄
debemus xpm euntē ad locū sue passionis sup
nosipsos flentes cū mulieribus miseriā nre fra-
gilis cōditionis. qz vt ait Theo. Hēs infirma q̄
significat ꝓ femina si sumpta cordis cōtritiōe ꝑ
penitentiaz flet sequit xpm. Vñ hanc pcessionē
plangētium ⁊ lugētium post dñm repsentamus
qñ pcessiones ⁊ letanias pro aliq̄bus iminētib⁹
periculis facim⁹ sequētes crucē q̄ ante pcessiō-
nē baiulatur q̄si dicam⁹ teream⁹ ad eū extra ca-
stra in properiū eius portam: ⁊ sic iuxta man
datū dñi plangimus sup nos ⁊ super filios nros
Similitudinē ergo pcessiōis illius amarissime
quam xps cōsumatus fecit: ad locū passionis
educerūt exēplo aīo dolenti cōqueraris cruci
fixo: ḋ affectū tam feruidū ad suā passionē: put
dignum est non habeas nec hactenus habuisti:
Tertium est ḋ pegrini p pniam religiosi p obe-
dientiā per vias euntes si aliq̄d lassantur reme-
morari debent istius itineris xpi quo ad patibu
lum ducebatur qñ ita lassus fuit ḋ crucem per
se amplius ferre nequiuit nimirum cū p totam
nocte ⁊ diez illam multipl⁹ fatigatus fuerit. Si
igitur saluator noster tantam lassitudinem cum
tanta ignominia p nobis sufferre est dignatus
cur ⁊ nos ꝑpter eum modicus laborē vitez cum
nostro honore non sustinemus. Ad cōfirmandū
se huic articulo recogitet hō cum quāta ignomi
nia dñs noster ducebatur ad patibulū p nostra
magna gloria ⁊ fleat cū sanctis mulieribus fun

Villa, pagos, Theo.

E E

Documēta duo.

Hier. 2.

Crux portā dacuq.

Ambro. Luc. 9.

August.

Crux dñi.

Crucē portantes.

Hieron.

Documēta tria.

Ductio xpi ignominiosissima.

Theo.

Processio ⁊ letania.

Cōfoma

Deut. 21. c. Persecutiōib⁹ tolerāda. Greg.

Cogitatio de iudicio.

dendo lachrymas saltē cordis ⁊ sic oret. Iesu q̃ ad crucifigendū in golgota duci voluisti: deuc me in semita mandatoꝝ tuoꝝ vt cū sanctis mulierib⁹ tue sequar vias passionis: ⁊ sup meipm fleam miseriā ꝓprie conditionis. Vides itaque q̃ūo hec q̃ in hora cōpletorij ꝓmatitunali: prima ⁊ tertia passus est dñs absq̃ aliqua crucifixione vehementissimi ⁊ amarissimi doloris fuerit: hor roris valde stupenda. Cū essem in manus impiorū deuolutus esset morte turpissima cōsumendus parū erat sacrilegis illis crucifigere eū nisi prius doloribus ⁊ illusionib⁹ aīam eius repleuissent.

¶ Oratio.



Domine iesu xpe q̃ hora diei tertia p nobis flagellari voluisti: libera me ab eterne ire flagellis q̃ meruit ꝯ sacratissime capitis tui pūctiones punge mētē meā vt nostras vilectiones vitare pualeā: ⁊ da mihi post pniam pertingere ad coronā. Qui etiā multipliciter derisus tandē sentēcialiter cōdēnatus es ad mortē: fac me euadere diabolicā derisionē ⁊ mortē eternā. Portasti tibi crucē dñe: da mihi tollere crucem meam ⁊ sequi te: meā vtiq̃ q̃ debeō pctis meis: meam etiā spontaneā ⁊ deuotā vt per hanc perueniam ad gloriam. Amen.

¶ De sexta. Capt. lxiij

A Mathy. 27. Marc. 15. Luc. 23. ⁊ Johā. 12.

Hora sexta cogitabis volēs ⁊ tristis quō dñsie sus precone cl amāte ⁊ vituperabiliter ductus extra portā hierusalē pueniit ad locū caluarie vtiq̃ fetidū hebraice golgotha dictū: latine decollationis interpretatū: vbi malefactores puniebāt ⁊ publicū erat patibulū. est aūt caluaria testa capitis pilis: ⁊ pelle denudata ⁊ qz ibi decollabant ⁊ suspēdebant reū: ⁊ sparsa erant multa ossa corporū hūanorū: ⁊ maxime capitum: ⁊ iō dicebatur locus caluarie seu caluariarum: Et iccirco Jesus ꝓ oīm salute in loco peccatorū est passus: vt ostēderet pati pro peccatoribus: vt vbi prius erat area dānatorū: ibi erigerentur vexilla martyrū ⁊ vbi abundauit pctm superabundaret ⁊ gratia dei: in hoc ostendere tur q̃ per tolerantiā supplicij peruenit ad corona mortis xpi nam martyrij. Ibi xps decaluat. i. a carne sua. s. carnali iudea separatur. Ex quo erat mortis xpi turpitudo ex conditione loci: qz [illegible] vbi puniebant malefactores et reū: ⁊ ex mō mortis: qz crucifixio erat turpissimū genus mortis: ⁊ rōne societatis. qz inter duos malefactores quasi notius est crucifixus ꝓ q̃ iudei intēdebant inducere suspitionē populo q̃ Jesus esset particeps ⁊ principalis in eorū malefactis: qz eū vilificare intendebant in oibus. Crux vero que tunc erat suppliciū latronū ⁊ multe ignominie: nīc alocis suppliciorū fecit trāsitū ad frontes iperatorū: ⁊ ē imēse glie. Tēpus etiā passionis xpi erat ꝓpe solemne: ⁊ iō tps gaudij ⁊ mieū: per consequēs maior fuit dolor tanta crudelitatē ⁊ afflictionē tali tpe sustinere. Extra aūt ciuitatē passus est: primo vt ostenderet virtutē passionis sue non esse includendā intra terminos gentis iudaice. Unde Chri. Non aūt voluit dñs pati sub tecto: ⁊ non in templo iudaico ne putares pro illa tm plebe oblatū ⁊ iō foras ciuitatē foras muros vt scias sacrificiū esse cōe q̃ oī toti: terre est oblatio. q̃ cōmunis est purificatio. Secundo vt ostendat q̃ quicunq̃ sequi volunt passionis fructū debent exire mundū saltē affectū. Qz ergo xps extra portā passus est sequamur eū ⁊ exeamus ad eū extra castra ⁊ mundanā cōuersationē ꝓpteria ipsius: ⁊ penā portātes. vñ Bern. xps extra portā passus est ad quē egrediamur mundane conuersationis contēptu q̃ est egredi de ciuitate huius mūdi: ⁊ hoc tribus modis: affectu vt mundū nō diligamus: effectu vt eū mente ⁊ corpore fundi tus deseramus: ꝓfectu vt cū dño spūs vn⁹ fieri anhelemus qz vt ait Grego. Tantoquis deo est proximus q̃to ab amore mundi est alienus. hic locus seu mons caluarie sctūs magnā inter loca sctā obtinet dignitatē: ⁊ maximā ob memoriam dominice passionis habet cōpunctionis virtutē in quo dñs nr magna ⁊ stupenda opari dignat⁹ est quibus ad memoriā reductis. Qz contritū ⁊ humiliatū cōpungit: ⁊ quasi torcular passiōis lachryme cōpassionis exprimitur. De hoc ergo monte seu loco ⁊ his que ibi fiebant debes sepe ⁊ maxime in tentationib⁹ recordari: ⁊ qñ tibi extinctus est ignis deuotionis pergere illuc ⁊ collige de lignis crucis: ⁊ p hec ignē ꝯmōi iterū suscitabis. Mons aūt caluarie in quo crucifixus est prope quem ad quinquaginta passus est sepulchrum eius erat extra ciuitatē ad aquilonē dñs. Bernard. Mons caluarie. Adrianus inclusit infra vrbem amplians eā versus aquilonē: ⁊ a capite vsq̃ ad pedes muro cingens eandem. In quo loco postea christiani ecclesias duas: sub vno tēpli tecto cōstruxerunt mōtemq̃ caluarie ⁊ locum sepulture: ⁊ multa sacra loca infra eas concluserunt. A monte enim caluarie versus occidentem ⁊ descendēdo ad duas canas est golgota siue caluaria vbi est ecclesia oblonga in qua apparet rupis illa in qua crux sancta cū portaret dñm erat fixa patente adhuc foramine in rupe ipsa: qui loc⁹ crucis distat tribus cāmis vel circa. s. xv. gradibus a superficie terre hoc est a pauimento ecclesie. Est etiam ibi alia grandis scissura per totā petram q̃ testimoniū ꝓhibet ꝓ sua scissura sanguinē sui fabricatoris se sustinere: ⁊ quasi potuisse. ipsa vero petra altior est q̃ pauimentum vsq̃ ad genua circumstantiū. Deinde ad quinquaginta passus vt circa est sepulchr. cū dñs: vbi est ecclesia sancti sepulchri: seu resurrectionis dñice rotundatis chorus ꝓtenditur in longū cum sanctuario in quo est summū altare ⁊ sustētat duodecim colūnis. s. vtraq̃ ecclesia. s. ista ⁊ golgota vno tecto ē tecta. Unde q̃dā ⁊ hanc illā vnā dicunt esse nominātas eā ecclesiā sancti sepulchri seu resurrectionis dñice. Loc⁹ aūt crucis ꝓ dict⁹ talis est: vt possit⁹ in medio terre ap capescēdā dei cognitionē oib⁹ gentibus esset equalis. Unde sup hunc locus scriptū est grece. Hic de⁹ noster ante secula opatus est salutem in medio terre. Tradunt aūt iudei vt Hiero. ait q̃ in hoc monte immolatus est aries pro ysaac. vñ Augu. Hiero. presbiter scripsit ab antiquis ⁊ senioribus iudeis se certissime cognouisse q̃ ibi immolatus sit ysaac vbi postea xps crucifixus est. Sub isto loco est loc⁹ carceris xpi vbi stetit ligatus qñ ꝓparabat crux i q̃ debebat affigi. ¶ Et nota q̃ hierusalē ciuitas situ

Cur extra ciuitatem passus.

Bern.

Grego.

B Mons caluarie.

Hiero.

desiderabiles: et reficiunt non minus spiritualiter q̃ corporaliter. O quale est istud conuiuium, cõsidera bñ per singula: et si potes pascaris cum eis in exultatione et letitia. In hoc cõuiuio ecclesie spiritalis xpus parat primas charitatis quas de celis portauit ad terras: qz ignis venit mittere in terra et vult vt accendatur. Item parat piscis suspositis primis: qui est ipse xpus: qui super primas ponit qsi et incendio charitatis pro nobis in cruce immolat. Item parat panes quo reficimur: qui est ipse mã ipse reficit nos per doctrinã et etiam dando corpus suũ nobis in cibũ. Dedit etiã dñs discipulis piscem: quia suã passionem imitandã ondidit: dedit et cũ pisce panem: qz post tolerantia passionis gaudia eterne societatis repromisit. vnde Fecit dñs prandiũ septem discipulis de pisce asso et alios quos ceperant. piscis assus xpus est passus: ipse est et panis qui de celo descendit huic cõparatur ecclesia ad participandã beatitudinem eternam. ppter qd dictũ est: afferte de piscibus quos apprehendistis nunc: vt oẽs qui hanc spem gerimus p illũ septenariũ numerũ discipulorũ pquẽ pot nra vniuersitas intelligi figurata tanto sacramento nos communicare noscemus et eidem beatitudini nos sociari. hec August. Ideo etiam vltimũ conuiuiũ cũ septem discipulis piscantibus voluit celebrare: qz illi post vniuersale iudiciũ cum dño eternum conuiuiũ sunt celebraturi: q̃ septiformis spiritus gra repleti fluctus pãtis seculi diuino amore calcãt: et lucradis animabus inuigilant. vñ Greg. Cur cũ septem discipulis vltimũ cõuiuiũ celebrat: nisi qd eos tmimo q̃ septiformi gratia spiritus sancti pleni sunt futuros secũ in eterna refectione denunciat. Septem quoq; diebus omne hoc xpus enoluit: et sepe septenario numero pfectio designat. Illi ergo vltimo cõuiuio de pãtia vitatis epulant: qui nunc pfectionis studio terrena transcendũt quos huius mũdi amor non ligat qb' si vtq̃ p tentamẽta obstrepit cepta tñ eorũ desideria non retundit. hec Greg. Sicut ergo dñs in alia piscatione significauit ecclesiã q̃ nunc est sic et in hoc loco q̃liter in fine seculi. scil. in vltima resurrectione mortuorũ futura sit. Mare essi presens seculũ sinat: licitus qd est finis maris finẽ seculi designat. vñ ibi ieſus ascendit in nauẽ: qz adhuc in fluctibus vite corruptibilis cum discipulis erat. Hic autem in littore stabat: qz iam ad statum vite immortalis transierat. Ibi non in dexterã nec in sinistram sed indifferenter inquit. Laxate retia vestra in capturam vt intelligamus bonos et malos: hic autem [mittite inquit in dexterã nauigij rethe] vt significaret eos qui stabunt ad dexterã solos bonos. Ibi numerus piscium non expimitur: qz multiplicati sunt sup numerũ. hic vero certe est numerus. s. centũ. qui numerus hz quinquagenariũ per quẽ designat iubileus in quo cunctus populus ab omni ope quiescebat: et ipse hz tria ppter mysteriũ trinitatis. Iõ aut dictũ est q̃ erãt magni: qz oẽs electi magni sunt in regnũ celorũ licet gradus sint diuersi. Ibi rethe pprer significãda scismata rupebat hic ño non est scissum rhetetq̃ in illa summa pace sctorũ nulla erunt scismata. Et iõ ad hoc cõmendandũ valet q̃ iohannes aũ hanc apparitionem rãs finẽ libri sui interposuit dicens. Multa quidẽ et alia signa fecit Jesus in cõspectu discipulorum suorũ que non sunt scripta in libro hoc: qd esset etiam secutur narrationis quasi proemiũ. Attende nihilominus q̃ sequunt qz pulcherrima sunt et vtilia: iam cõpleto isto solenni conuiuio et refectionis beneficio omnibus cõiter exhibito [dicit] dñs spãli [Symoni petro] volens ei cõferre bñficiũ speciale [symon iohannis]. s. filij [diligis me plus his?]. i. plus q̃ isti me diligãt. q. d. quid mihi dabis: quid mihi pstabis qz diligis me. vbi alchui. Mystice aũt Symon obediens. Johannes gra dr̃ merito ergo vocat. i obediens gra dei: vt ostendat q̃ ardentior illũ charitate amplectit non meriti hñani sz diuini esse muneris interrogat dñs an se diligat: quẽ semp et vbiq̃ maiorẽ amoris affectionẽ erga se ostendere videbat [Symõ inquit iohannis diligis me plus his] qui tui amoris affectũ plus q̃ hi circa me ondas. in quo apparet q̃ ille q̃ eligit ad officiũ pstationis: debet diligere deũ p ceteris et q̃ ceteris paribus melior et pfectior debet perfici in platũ qz dñs requirebat p ficiendũ: an plus diligeret eũ: plus habet charitatis q̃ est vinculũ perfectionis: nã in oi regimine ille qui pfidet et gubernat debet excellentior cẽ et ad plura ac maiora et magis ardua tenet pselatus q̃ quicũq̃ subdit? qz sicut se habet aia ad corp' q̃ regit et ratio ad vires inferiores: et pastor ad gregem: et hõ ad bruta aialia sic se oẽs habere plat' ad subditos. Et iõ videt q̃ ille qui aliquẽ eligit ad tale officiũ tenetur semp eligere meliorẽ: non tñ intelligit melior: literatior vel astutior: sz ille qui oibus conditionibus pensatis melior est ad tale officiũ: ad honorẽ dei et ad vtilitatẽ ecclesie. Aliter aũt eligens vel promotens nõ videt iudiciũ diuinũ euadere. Qd aũt scõm iura sufficit eligere bonũ et ydoneũ hoc est scõm iudiciũ humanũ p qd̃ talis non est puniendus. cũ sz Aug. aliqua pmittunt humano iudicio incorrepta. ppter maiora mala vitãdaq̃ que tñ sunt diuino iudicio corrigenda. Nã aliquid sufficit sm iudiciũ humanũ qd̃ non sufficit sm iudiciũ diuinũ. sm iudiciũ humanum sufficit illud de quo hõ non põt accusari nec electio eius improbari. Constat aũt difficile esse electiones fieri si possent ex hoc reprobari: q̃ inuenit alius melior q̃ ille qui est electus. Vñ sufficit sm iudiciũ hñmanũ: vt electio sit recta et eligat ydoneus. Scõm vero iudiciũ diuinũ et conscientiã necessariũ est eligere meliorẽ quantum ad honorẽ dei et vtilitatẽ ecclesie: si ño aliquis minus bonũ preeligat et aliquid primatum puta affectio carnalis spes bñficij et cõmodi temporalis eũ moueat est fraudulenta electio et psonarũ acceptio et peccat. Sciens ergo dñs interrogat sciebat essi qd̃ nõ solũ diligeret eum verũ etiam plus oibus diligeret: sed innuit: vt corde credamus et ore cõfiteamur nesciens aũt petrus quãtum alij xpm diligebant: non est ausus respondere plus q̃ alij: qz cor alterius videre non poterat: sed cum modestia locutus est et absolute respondit [ẽt] hoc est ita [domine tu scis qz amo te] q. d. tei pm testẽ inuoco: qui secretorũ es conscius qz amo te et tu q̃ interioza consideras scis si plus alijs amẽ re qd̃ ego nescio tu scis q̃ tũ diligo te et qz ie gro corde te diligo: q̃ tũ ño alij te diligũt nescio. Item qz expt' pprie fragilitatis i xpi negatione fuit: cautius de se respondit nec vltra se efferre in xpi dilectione ausus fuit: sed quãtitatem sue dilectionis in iudicio xpi qui secreta cordium intuetur posuit: nec audet inuocare conscientiã propriã in qua prius deceptus fuit: sed dñi conscientiam inuocat: ices [tu scis qz amo te] ac si dicat: tu nosti plusquam ego: humilian se coza

Alchui.

Dilectio preferenda

Eligendus optimus.

August.

Confessio petri.

August.

Electio in probanda.

Petri cautela modestia

se coram apostol'ñ dicit pl' his: sz simplicit [amo te] instruens nos q̃ nõ debem' nos alijs preponere: sed alios nobis: qd̃ ergo de se nouerat: qd̃ diligeret dixit q̃ nesciuit. s. vtrũ plus alijs diligeret tacuit docens nos q̃ in dñjs suspensa debemus sentẽtiã tenere: et nõ temere de occultis diffinire [dicit ei] dñs offiũ pastorale sibi cõmittens [pasce agnos meos]. q. d. hoc mihi dabis: hec pstabis si amas me et vt pascas gregem meum. In hoc sciã et experiar q̃ me amas si scz gregẽ meũ pascis: exhibitio operis fit probatio dilectionis: dilectio essi dei pbatur in dilectione proximi: qui vero opus pieratis primo nõ impendit minus deũ diligit. Vñ aug. Confitẽti st amorẽ fuũ: oues suas cõmendauit rãs nõ eũ vbi oñderet. petrus amorẽ suũ in xpm nisi eũ pastor fidel' sub principe oim pastorũ. Cũq̃ dñs scõo ab eo quesisset si ipm diligeret: petr' idẽ qd̃. S. rũdisset. Item subdit [pasce agnos meos] Cum vero dñs tertio qreret si eũ amaret [cõtristatus est petrus] eo q̃ sepius esset interrogat' ab eo: qui sciuerat qd̃ interrogabat et turbatus fuit eo q̃ sciebat eũ scire etiã oia futura. ppt quod timuit ex tali replicatione ne christus sibi vellet pdicere aliquẽ casum suum futurum sicut. S. dixit ei suam negationem futuram: et iõ merito timuit et turbatus fuit. Vñ sz chrys. Rursus formidat ne forte estimans se diligere si non diligat: corripiatur sicut et prius correptus est mlt'ũ se estimãs fortẽ. vñ ad ipũ xpus refugit [et dicit ei: dñe tu oia] scis et ineffabilia cordis pstentia et futura et de vltimo cordis pruritu amãtis vocẽ dicẽs [tu scis qz amo te]. q. d. tu scis oia et pñtia et futura. Iõ tu scis q̃ nunc te diligo: sed quid fit mihi futurũ ego nescio tu scis. Deinde post tertiã petri rãsionẽ dñs adhecit [pasce oues meas] Contendauit aũt eũ tertiõ ignorãs quo aio pniteret xpi amorẽ sz vt trina cõfessio amoris deleret trinam negationem timoris: ter negauit timor: ter pfessus est amor: vnde aug. Reddit negatiõi trine teina cõfessione minus amori lingua seruiat q̃ timori: et pl' vocis eliciuisse videatur mors imminẽs q̃ vita pstens: et sm ambr. interrogauit nõ vt disceret: sed vt doceret quem eleuandus in celũ amoris sui veluti vicarium relinquebat: nõ vult dñs suos agnos vel oues pmittere: nisi illi q̃ eũ diligit: quos ipse tñ dilexit: vt p eis mori dignaretur: et iõ prius ecclie pastorẽ interrogat an se diligat: et sic postea ad pascendũ suos agnos et oues ei cõmittit: sicut essi fuit timoris indicius negare pastorẽ: sic et amoris offiũ pascere dñi cum gregẽ. vñ chrys. Si diligis me: inquit pstste fratribus: et feruentẽ amorẽ quẽ per oia demõstrasti ostẽdet: et aiam quã dixisti posituram te esse pro me hãc pro ouibus da meis ostẽdens quãti appciatur pstistentia ppriarum ouium: et qsi hoc maxime eius q̃ in ipsum est amoris signum. vñ greg. Si ergo signũ dilectiõis ẽ cura pastoris: quicũq̃ virtutibus pollens gregẽ dei negligit pascere summũ pastorẽ continciẽ non amare. vñ et aug. Quid est aliud: diligis me pasce oues meas: q̃ si diceret. Si me diligis nõ te pascere cogitas: sed oues meas: et sicut meas pascemon sicut tuas: gloriam meam in eis quere non tuam: dãnum meum non tuum: lucra mea non tua. vnde bernar. Nõ ociose toties repetitũ est pefre amas me in cõmissiõe ouium. Et ego quidẽ ad significatũ pide puto acsi illi dixisset Jesus: nisi testimonium tibi perhibente cõscia q̃ me ames et valde pfecte q̃ ames: hoc est plus q̃ tua: plus q̃ tuos: plus q̃ etiã tertio trine repetitiones mee nũerus impleat: ne q̃ suscipias curam hãc: nec te intromittas de ouibus meis: p q̃bus vtq̃ sanguis meus effusus est terribil' sermor: possit etiã ipauida quorũuis tyrannorum corda cõcutere. Propterea attẽdite vobis quicũq̃ opus ministerij huius fortiti estis: attendite in q̃ vobis: pretio deposito qd̃ vobis creditũ est. hec ber. Vide quo dñs xpus cõmittẽdo petro pastorale offiũ ipsum ter examinat de dilectiõe: qz pastores ecclie debent deũ ac ẽt proximũ p ceteris hõibus diligere: nõ ergo debet quis eligi in platum nisi habitis certis signis et argumẽtis de dilectione eius erga deũ et proximũ. vnde ber. An nõ incõgrue de dilectiõe rẽquritur q̃ pascẽdo gregi pponit. Ille essi posse oẽs alijs qui vino charitatis inebriatus exsuttãtis memor sui vt nõ qrat que sua sunt: sed magis q̃ Jesu xpi. Attende etiã q̃ dñs pastorale officiũ iniungit trina examinatione pmissa: et ideo qui ad hoc officium assumit plus examinari debet diligenter. Primo autẽ et secundo agnos imperfectos quodã lacte vescendos et tertio oues per fectiores solido cibo alendos petro cõmisit: qz nõ solũ pastorẽ: sed et pastorum pastorẽ eius constituit: sunt enim in ecclia tria genera seu tres gradus hoim fidelium: qui sicut agni et oues in ecclesia sunt pascendi. s. incipientes et pficientes: et qui q̃si adhuc imperfecti nomine agnorum et pfecti qui nomine ouium possunt intelligi: et bis dictũ est: pasce agnos meos: sed semel pasce oues meas: qz ifirmi et adhuc tenelli in fide ampliori pastorali cura et sollicitudine indigẽt q̃ fortiores et grandiusculi qui se regere valent: nec tanta cura egent. Pascit igitur petr' agnos pascit et oues: pascit filios: pascit et matres: qz regit et subditos et prelatos: ouium igitur pastor est: qz preter agnos et oues in ecclesia nihil est: nihil inq̃ qd̃ suis pastoribus cõmiserit. Sed cũ Joannes a dño magis esset dilectus quare nõ est alijs apostolis platus sed petrus: qz erat adolescens et si esset plat' illi scandalizarentur forte in eo: sed nõ ita in petro quia senex. Item ne videret amicos carnales exaltare eos alijs pferre. Utinam ecclesia imitaret hoc exemplũ et nõ faceret in multis ꝓtiũ. Cõsidera hic solitã dñi charitatẽ et benignitatẽ: aperte essi vides q̃ mõ diligẽter et affectuose impimit reiterat: recõmendat petro aias nras. Ter essi interrogat eũ de amore. Ter subiunxit pasce. Cũ dicit ei tñ dimũ: ergo mactatet mãducat: sed dicit tribus vicibus pasce. s. pane doctrine et sancte pdicatio nis ꝓbo vite et honeste cõuersationis exemplo tẽporalis sustẽtatiõis subsidio. Ter ergo dictũ est pasce ad significandũ q̃ habẽs curam aiarũ debet subditos pascere: pastu triplici. s. ꝓbi dei et boni exẽpli: et put potest tẽporalis subsidij. Sed quod dicitur ter pasce quidã mali mutant tunde: mungere: et occidet: mlti hodie subditos exactiõibus tẽporaliũ opprimũt: malis suasiõibus et exẽplis corrũpunt et occidunt: sed de triplici pastu pdicto parũ cogitãt vel curãt. Deinde postq̃ petrus dñm se amare ter rẽspondit et p hoc amoris sui primilegium cõfirmauit mortẽ suam ei domin' nũciãs suũ martyriũ sibi pdixit in qua morte quantum petrus eũ dilexerit demonstrauit aperte qz prelati ecclie tanta de-

Prelatorũ periculum et ex terminatio.

Bernard'.

Examinari oẽs Placuraẽ sumendus.

J Joan. plus dilect' cur nõ prelat'.

Pascere nõ tondere in bemur.

bent charitatem haberet vt parati sint morti p
grege exponere. Unde ait xps loquēs petro pa
rabolice. [Cū esses iunior [nō tam etate q̃ sen
sus ⁊ virtutis ibecillitate] quia negasti me [cin
gebas te] ⁊ ad libitū tuum pperabas [⁊ ambu
labas vbi] ꝛm appetitū [volebas: cū aūt senue
ris] nō tam etate q̃ sensus ⁊ virtutis stabilita
tem] ficut iam tua demonstrasti confessione [extē
des manus tuas] scilicet ad crucem: hoc est cru
cifigeris: vbi promptitudo eius ad martyrium
Alligatus petrus cruci. tol erādus designatur ⁊ genus mortis [⁊ alius]
f. tortor [te cinget] ⁊ ligabit vinculis ⁊ fuit enim
ligatus cordis ⁊ sic in cruce positus: nō clauis
affixus: vt viueret diutius ⁊ longius esset ipi?
cruciatus [⁊ ducet te]. i. viriliter trahet [q̃ non
vis] ire naturaliter ꝛm appetitum sensitiuum
scilicet ad mortem quā refugit sensualitas ⁊ vo
luntas naturalis voluntate tamē deliberata et
electiua qua cupiebat esse cū xpo in vita eter
nam ꝛm appetitum intellectuū etiam senex vo
luit ad mortē duci ⁊ crucifigi sequens magistrū
suum qui ait: non mea sed tua voluntas fiat. Bz
si fieri posset vitam eternā preter mortis mole
stiam cōcupiscere. Est enim in homine duplex
k Appetitus hominis duplex. appetitus. f. sensitiuus ⁊ intellectiuus: ⁊ ter q̃
aliquando ⁊ large loquendo voluntas nomina
tur: quia solus appetitus intellectiuus proprie
voluntas dicitur. Licet ergo appetitus intelle
ctiuus in petro esset promptus ad martyrium:
tamen appetitus sensitiuus refugiebat ⁊ quia
mors vltimum terribilium. Et eodem modo in
christo fuit vt visum est supra vbi ad patrē ora
uit. Nam inter animam ⁊ corpus est adeo natu
ralis amor: q̃ nunq̃ valet anima a corpore sepa
rari nec conuersor: ō dicit [quo tu nō vis] sc
ꝛm nature instinctum: qui sic est naturalis: vt
nec ipsa senectus eum petro auferre poterit:
sed desiderium gratie hoc immittit. Unde dicit
apostolus. Cupio dissolui ⁊c. vnde chryſ. dicit er
go quo non vis: ppter naturā cōpassionē anime
Phil. 1. Chryſ. que in vita separat a corpore de hoc vtiliter dif
pensante vt nō multi sibi mortē inferant violē
tam. Hec chryſ. sed ꝛm augu. Quātūcūq̃ sit mo
lestia carnis debet eam vincere vis amoris quo
amatur xps: qui etiaz mori voluit pro nobis: q̃z
Auguſt. si nulla esset vel parua mortis molestia nō eēt
tam magna martyrij gloria. Unde grego. Nec
ei si plenissime petrus nollet p xpo pati potuis
set: sed martyrium q̃ō per infirmitatem carnis
Gregorius noluit: per virtutē spiritus amauit. Qui dum p
carnem ad penas ire trepidat per spm ad glias
exultat. Actumq̃ est vt cruciatum martyrij no
lendo voluisset. Sic nos quoq̃ cum gaudiuz q̃
rimus salutis amarum poculum sumimus pur
gationis. Amaritudo quidē in poculo displicet.
ſz restituenda p amaritudinem salus placet. Cū
ergo cognouit dñs q̃ diligeretur a petro predi
xit ei fructum dilectionis. f. coronam martyrij
quo oues pascere ⁊ ecclesiam multiplicare et se
caput sequi deberet. vnde glo. Passurum p̃dicit
qui negaturum predixerat: hoc iam poterit: scili
cet pati pro christo ratione firmatus quod im
mutare pollicebatur infirmus. Iem non metuit
huius vite interitum: quia resurgente dominor
vite alterius precessit exemplum. vnde et chryſ.
Et nimirū hoc volebat ⁊ cupiebat idcirco ei ma
nifestum hoc fecit: quia enim dixit animaz meā
Chryſ. aiam suum ponam pro te: et si oportuerit me mori tecum
ponere. non te negabo: dedit ei quod desiderabat. Qz eli

petrus semp volebat esse in eis que pro eo erāt pro xpo da
periculis confide ait: ita enim tuuz implebo de tuz ē petro
siderium vt que non passus es iuuenis existens
hoc te oporteat pati senem factum. Hec chryſos.
Hoc autem quod ait: alius te cinget et ducet te
debet precedere hoc quod dicit extendes man
tuas: nam in alterius cinctione exprimitur im
positio vinculorum a persecutore: vnde august. Auguſt.
Extendes inquit manus tuas hoc est crucifige z Triginta se
ris: ad hoc aztez vt veniastalius te cinget: ⁊ du ptez annis
cet non quo vis: sed quo non vis. Prius dixit q superuixit
fieret: et deinde quomodo fieret: nō essi crucifi Petrus.
xus: sed crucifigendus quo noller est ducr. hec
aug. Et benedixit cum senueris. Nam post xps
quo verba ista dicta sunt vsq̃ ad tempus mortū
petri fluxerunt vere triginta septē anni. Ubi pa
ret q̃ satis senex erat. In hoc autem q̃ petr? cuz
senuisset et prope terminū vite iā esset passus ē
molestiam crucis ⁊ mystice significatum est q̃ō
post peccati remissionem toto tempore vite sue
debet homo p pctō suo dolere ⁊ vsq̃ ad termi
num vite miseriam sustinere. vnde gloss. etiā re Miseria
missis peccatis tolerat homo miseriam: in quaz patitur et
tamen ex peccato venit ꝓductio: est pena quaz cui pcta re
culpa: ne parua videretur culpa si cū illa finire missa sunt.
tur ⁊ pena in petra typus est secularium ⁊ reli
giosorum: secularis essi quo vult dñs sue volun
tatis: sed religiosus superiozis lingamine cin
ctus grauitate religionis semor et pfessiōe ma
turior: precepto maiozis frequēter ducitur quo
non vult: nisi propter obedientie fructum [hoc
autem dixit] Jesus petro [significans] q̃z esset Martyres
crucifigēd?: et hac morte deū clarificatur? mar deum clari
tyriū ei petri fuit ordinatū ad glias deiq̃z sicut ficant.
nec cingere ⁊ vincul' cū dñō xpō obscurauit i cor
dib? audiētiū negatiōe: ita extēdēdo man? i sili
cruce sicut xps glificauit xpō p exēplū pstātie i
ꝓtatē pfessiōeti aurib? crucifigētiū tortor. Quā
uis ei xps nō clarificet i se mal' ⁊ infidelib? ⁊ ficla
rificat q̃ tidie p exēlū patieētie a fcris ⁊ bonis fi
delib? . mors ergo sanctorū est ad gloriam xpi:
quia ex hoc ostenditur magnitudo dñi q̃ p eius
virtute ⁊ fide sancti exponunt se morti. Cuz essi
vis amoris graues vincat molestias mortis p
fecto martyres morte sua deum clarificant o
stendens ea quantum colendus et amādus sit.
Et nota q̃ xps in directum crucifixus q̃ō petr?
ob reuerentiam dñi in cōtrariū. f. deorsum ⁊ sed
andreas in transuersum. [Et cum hoc dixisset]
Jesus petro nuncians ei mortem et passionem
ne dura et intolerabilis petro videretur passio
hanc suo exemplo pius magister lenire curauit
⁊ ad genus mortis exēplo sui eū inuitans [dixit
sequere me:] id est imitare me: sequi enim dñm
imitari est: ac si diceret tanto tolerabilius cru
cis passionem sustinebis: quanto in eius sufferē
tia mea te sequi vestigia recordaberis ⁊ vt sicut
ego pro tua salute crucis patibulum sustinere
nō diffuliuita quoq̃ tu pro cōfessiōe nōis mei te
pati debere memento: q̃z ego gloriosiorem pal
mam martyrij cōsequeris: quo ad hanc promo
rendam arcti? magistri iter sequeris: q̃z essi pe
trus pius singulariter ad hanc se exhibuerat se
q̃lam dicēs ꝛre nō posum te sequi aiam meā p
te ponāz: nō singulariter ab eo exigit dñs primū
sum dic. [Sequere me]. f. in genere mortis. Si me
inquit diligis sequere me: veni post me: et sicut
ego pro te ita et tu moriaris pro me sicut ego: tu
in crucem ascende: tu eandē quē ego mortē pa

tere. Usi non dixit ei solitsed signanter. pre alijs
q̃z ipse pre oibus debebat aiam p grege pone
re ⁊ ouibus. Hoc aūt dicēdo dñs furrexit ⁊ a lo
co cōuiuij abire cepit. Et sic p illā sequelā cor
poralem idē significabat q̃ō prius petro p xpa
expressera: sicut essi in veteri testamēto pphe
te significabant aliqua verbis ⁊ aliqua factis
similiter xps faciens post q̃ verbo p̃dixerat pe
tro suū martyriū incepit ire ⁊ tunc dixit ei seq
re me. f. in hoc q̃ō predixi tibi. [Conuersus pe
trus] retrahendo oculos ab aspectu domini [vi
dit iohānem quē diligebat iesus etiā sequentē]
Ad de morte io. interro gatio. q̃z sicut ⁊ petrus ceperat post xpm et volēs cer
tificari de morte iohannis ex amore quo eum
diligebat de eo dñm quesiuit di. [Hic aūt quid]
f. patietur. q. d. ecce ego sequor te in passiōe: hic
autem quē vt me diligo nunq̃d mozietur sicut
⁊ ego? Post q̃ petrus audierat se crucifigendus
voluit etiam agnoscere fratris exitum. Diligebat
essi petrus iohannem speciali dilectione: et
ideo volebat eum in martyrio socium habere.
vnde dicit Chryso. q̃ valde diligebat petrus io
Chryso. petrus iohannem di ligebat. hanem ⁊ audiens tam magni amoris indicia
a domino q̃ videlicet simili genere mortis secu
turus esset dñm quo dñs precesserat petrum cu
piebat tam magnozum munerū habere sociuz.
De hoc aūt q̃ petrus interrogauit etiam iohan
nes interrogasset: sed non audebat. Diligebat
aūt vt hic dicitur iesus iohannē nō quidē sin
gulariter solum sed pre ceteris familiarius et
specialia signa dilectiōis ei ofidendo pre cete
ris: ⁊ hoc signum inter ceteraⁿ vt per pacem exi
ret de vita nō per certamē passionis diligebat
primo quippe propter mundiciā puritatis ⁊ q̃
virgo est electus a deo ⁊ virgo permāsit. Secun
do ppter sublimitatem sue sapiētie ⁊ q̃ ceteris
altius archana diuinitatis vidit. Tertio pro
pter feruorem sui affectus ad xpm qui diligen
tes se diligit ⁊ rndens iesus petro di. [Sic eum
volo manere]. i. expectare. f. ab sq̃ passione mar
tyrij [donec] ecclesia sua pace firmata] veniam]
f. ad eum vocandum ⁊ ⁊ per placidam mortem
de hoc mundo ad gloriam celestē assumendum
quasi dicat nolo eum mori per martyrium ⁊ me
sequi per viam passionis: sed magis volo eum
occupari in quiete contemplationis [donec] me
Morsios. vocante de hac vita in aliam transferatur sua
uiter ⁊ iocunde. Habeē essi in legenda eius: q̃
xps apparuit sibi circa finem vite sue cum disci
pulis suis vocans eum ad gloriā ⁊ ad epulan
dum cū illis [quid ad te. f. inuestigare de ipso q̃z
ad petrum non pertinebat scire q̃ō deus ordina
bat in futurum de iohanne: sed tm̄ ptinebat ad
ipsum verbo xpi prompte et humiliter obedire.
Ideo sequitur tu me sequere. f. crucis passione.
vñ Chryso. Sic eum volo manere inquit ⁊ quid
Chryso. multum inuestigaremq̃ vltra ea q̃ placent ei
querere ⁊ nihil vltra q̃ oportet circunscrutari.
Hoc aūt faciebat ad intemperanea cōpassione
que ad seinuicem erat diuidēs eos. Quia enim
debebant orbis terrarum pcurationē accipere
non oportebat eos ad seinuicem de reliquo esse
complexos: profecto enim magnū huic orbi ter
rarū factū esset dānū. Propterea ait: opus com
missum est tibi id attende ⁊ pfice ⁊ exerce ⁊ certa.
Hic vero si voluero manere hic [q̃d ad te.]
Tu ea que tuij pfius sunt attende ⁊ [illegible] his solli
citus fis. Hec Chrys. [Exiuit ergo fer?o iste in

ter fratres]. i. discipulos ⁊ q̃ erāt vniti fraterna
charitate: ⁊ diuulgatū est in publicū p narratio
nē vni? ad alterū [q̃ discipul? ille nō morietur.]
Hūc intellectū cōceperūt ex verbis xpi: ⁊ in isto
intellectu sermo ille recitabat q̃ iohānes non
esset mortur? ⁊ ꝛz donec xps ad iudicū veniret
victur?. Sed nō erat hoc magnū donū si datum
esset discipulorcū meli? sit dissolui ⁊ eē cū xpo.
Ille tamen intellectus fuit erroneus. Quia io
hannes ꝛm veritatem est mortuus. Et ideo sta
tim excluditur cum subditur. [Et non dixit ie
sus nō morietur] q̃z sententia mortis in omnes
in originali peccato natos prolata est. [Sed di Joannes mortuus.
xit sic eum volo manere] a dolore persecutionis
alienum [donec veniam] vocando eum in morte
per resolutionem naturalē ad celum [q̃d ad te]
hoc remissiue legendum est: q̃z nō queritsed so
lum recitat hoc q̃ō ante dixit: habebat autē io
hannes nonagintanouem annos cū mozere ⁊ et
seraginta octo annis predicauit. [Hic est disci
pulus ille]. f. iohānes de quo saluator iam locu
tus est [qui testimonium phibet de his] que vi
dit ⁊ audiuit: ppter q̃ō eius testimoniū est effi
cax et verum [et scripsit hec] tanq̃ testis verāz
testimonium phibēs de eis. Modus erat anti
quorum q̃ illi scriberent hystoriā qui vidissent Hystoria scribende mos.
propter quod dicitur hystoria ab hysteoin quod
est videre: quia qui videt quod fit pōt inde hy
storiam prexere ⁊ ideo iohānes qui verba xpi
audiuit ⁊ facta eius vidit: conueniētissime scri
bere potuit. Omissa autem omni comparatio
ne inter duos istos discipulos de dilectatiōe po
test ad mysterium referri ⁊ mystice accipi. nā p
hos duos duplex significat vita. f. actiua ⁊ con
templatiua: per petrum essi cui dictū est seque Vita duplex.
re me laboz exprimitur vite actiue ad quem
pertinet necessitatibus proximorum insudare
ac pro veritate ⁊ iustitia si necesse fuerit vsque
ad mortem certare ⁊ per iohannem vero suauita
tis designatur vite contemplatiue ad quem
pertinet omnibus alijs omissis soli deo inhere
re: de quo bene dictum est [sic eum volo mane
re donec veniam] . i. eos quos gustu mee con
templationis inebriauero semper proficere vo
lo quousq̃ me in die iudicij cum eterna remu
neratione apparente de fide transeant ad spem.
Et de imperfecta vite huius contemplatione
ad perfectam glorie cōtemplationem. Utriusq̃
autem vite finis et obiectum est deus pro quo
exercetur hec et illa: sed vita actiua plus dili
git quam contemplatiua: quia magis sentit an
gustias presentis vite ⁊ et estuantius desiderat
ab eis liberari ⁊ ad deum ire: contemplatiuam
vero vitam deus plus diligit: quia eam magis
conseruat: non enim simul finitur cum vita cor
poris sicut vita actiua ⁊ et ideo in ps. dicitur.
Diligit dominus portas syon super omnia ta
bernacula iacob. vnde dicit dñs de vita cōtem
platiua ⁊ sic eum volo manere. i. expectare: do
nec veniam: vel in fine mundi: vel in morte con
templatiua: sed vite actiue dicit tu me sequere
q̃z cōtēplatiua hic inchoata nō pficitur: sed in
choata manet ⁊ expectat donec veniat christ? p
ficiendo cum venerit: sed actiua vita pfecta ⁊ in
formata ei? passionis exēplo ⁊ interim sequitur
xpm patiendo pro eo: potuisti itaq̃ attēdere q̃
multa et q̃ magnifica dicta et facta sunt in hac
apparitione ⁊ hāc apparitionem vocat iohan
nes tertiam scilicet a numero dierum sed non

P Apparitio tertia ter- id est ter- tia die.

a numero apparitionum. Prima apparitio fuit in prima die qua surrexit: qua pluries se manifestauit. Secunda post dies octo, quando Thomas vidit ⁊ credidit. Tertia hac die quando de piscibus prandium fecit: sed post quot dies ab octaua resurrectionis id fecerat euangelista nõ determinat: vel potest referri ad vices: qz nõ legitur ꝗ multis vel pluribus discipulis simul apparuerit: nisi primo Thoma absente ⁊ secũdo eo presente ⁊ tertio hic ad mare. Unde signanter in plurali dicit discipulis suis. Et deinceps apparuit vsq; ad diẽ ascẽsionis quotiẽs voluit ꝗuis nõ oia scripta sunt. Tandẽ dñs bẽdictione data discipulis disparuit ab eis. ¶ Oratio.

Omine iesu xpe presta mihi miseroꝝ vt pulmentarium tibi adhibeã mandatis tuis obediendo: tu enim nostra obedientia quodammodo reficeris: quia in ea quamplurimũ delectaris. Fac quoq; me indignum tui conuiuij participem vt te pisce asso ⁊ pro nobis passo reficiar pro te patiendo ⁊ te pane vero satiar nunc in tua doctrina et tui corporis sacramento: et tandem in eterne societatis gaudio da etiam mihi domine vt cũ petro merear te diligere pro te mala perferendo: et cum iohanne at ediligi inherendo ⁊ et in hoc semper proficere et vsq; in finem perseuera re. Amen.

¶ Quomodo dominus apparuit. xj. discipulis in galilea et etiam quingentis fratribus. Capitulum. lxxx.



Ost hec vndecim discipuli abierunt in galileam secundum mandatũ xpi ⁊ angeli in mõtem ⁊ locũ vbi principaliter cõstitutũ erat eis vbi dñs ordinauerat se visibilẽ ꝓbere illis. vnde Beda. Nam pergens dñs ad passionem ait discipulis: post ꝗ resurrexero precedam vos in galileam. Angelus quoq; mulieribus ait: qz precedet vos in galileã. Qua propter iussioni magistri obedientia discipulorum obsequitur. Quãuis enim supradicta apparitio ad mare tyberiadis fuerit in galilea vbi est idem mare: non tũ illa principaliter intendebatur cũ ibi pauci. ⁊ septẽ tm̃ essent discipuli sed potius ista in q̃ simul oẽs erant congregati. Et sciendum ꝗ ppe montẽ oliueti ex parte boreali ad vnum miliare est mons ꝗ appellat galilea ⁊ lilea: dicit quidã ꝗ ille est mons ꝑdictus ad quem discipuli vndecim abierũt: non qz mons sit in galilea: cũ sit in iudea: sz qz mons iste, appellat galilea. Alij [qõ magis videt] dicũt hoc fuisse in monte thabor in quo dñs transfiguratus fuit qui vere in galilea cõstitit. Ibi etiã pauci scz tribus discipulis ostenderat gloriam sue future resurrectionis: ⁊ ideo ibi resurrectionem suam cõpletã manifestauit oibus suis discipulis. Vñ ꝓbabiliter creditur ꝗ ibi ẽt fuerũt quingenti fratres ꝑter ꝑdictos vndecim discipulos et ꝗ illa fuit manifestatio de qua ad Corint. scribit apostolus dicens. deinde visus est plus ꝗ quingẽtis frib̃ simul. hic tũ non expimunt nisi vndecim apl̃i qz erãt principales discipuli xpi. vnde Eusebius. Duo enim euangeliste scilz lucas ⁊ iohannes solis vndecim hũc scribũt apparuisse hierusalem: ceteri ꝗo in galileam ꝓperare non soluz vndecim: sz vniuersis discipulis ⁊ fratribus dixerunt angelum ⁊ saluatorem vidisse: de quibus et paulus meminit dicens: deinde apparuit plus ꝗ quingentis fratribus simul. hec Eusebius. Quomodo autẽ tot fratres erãt ibi cum aperte dicatur in actibus ꝗ omnes discipuli erant in hierusalem in cenaculo congregati ⁊ non erant nisi centum viginti. Potest dici ꝗ omnes credentes de hierusalem cum apostolis non erant nisi centum viginti. Multi tũ erant credentes de alijs ciuitatib̃ ⁊ locis quibus simul apparere voluit ad ipsorum consolationem sicut ⁊ alijs. Et ibi scz in monte apparuit eis dñs: qz quia illi eum qñq; videre merebãtur in altitudine celorum qui nunc celitudinem perfectionis ascendentes in yma calcant desideria terrenorũ. vñ Raba. In mõte quidem apparuit eis dñs: vt significaret ꝗ ñ corpus qõ de cõi gñis hũani rerũ nascẽdo susceperitã sup oia terrena resurgẽdo subleuauerat ⁊ et vt admoneret fideles: ñ illuc celitudinẽ resurrectionis ei? cupiũt videre hic ab ĩimis voluptatib̃ ad supiora studeãt desideria trãsire. ꝗ Rab. Discipuli ãt dñm videtes visum adorauerũt in adoratu suo adoratiõe latrie: ⁊ ante eũ hũiliauerũt se credẽtes dñm deũ ⁊ hoiem ĩnoxalẽ resurrexisse. Quidam aũt dubitauerũt pp rei nouitatẽ quorũ dubitatio nostrã auget fidẽ: ex quo patet ꝗ ibi erant alij ꝗ apostoli: qui oẽs erant certificati: etiam thomas qui inter eos fuit magis incredulus. Dubitatio quidem discipulorum nostre fidei fuit confirmatio: quia quo amplius dubitauerunt: eo follicitius inquisierunt: ⁊ quo verius probauerunt eo firmius crediderunt et nõ solũ fidem nostrã corroborauerunt: sz etiam hereticorum vesaniam destruxerũt: prius aũt et clemens dñs credentes in fide cõfortat: ⁊ fidem eorum roborat: ac dubios ad fidem reduxit: et dubietatem eorum excludit intimans eis ad quantam gloriam peruenerit. Tũ ⁊ omnem dubietatem a cordibus eorum auferret accedens locutus est eis ad certificandum eos de sua resurrectione dubios dicens. [Data est mihi oẽs potestas in celo ⁊ in terra] quia licet Christus quantum ad diuinitatem ab eterno haberet data xpo hãc potestatẽ ⁊ inquantũ homo ab instãti cõceptionis haberet ptãtẽ in celo ⁊ in terra. Auctoritatẽ tũ executiue nõ habuit ante suã resurrectionẽ: sz voluit passibilitati esse subiect? ꝓpter nostrã redẽptionẽ. Hoc ergo loquit a parte hũanitatis in qua minorat? est paulo min? ab angelis: nõ a pte diuinitatis: in q̃ patri est cõsors ⁊ coequalis. Nã ſm diuinitatẽ tantus est pater aut filius aut spiritusſanct?, quãtus est pater ⁊ filius et spiritusſanctus vnde Augu. Tanta est tota trinitas in solo patre vel in solo filio: vel in solo spiritusſancto: quanta est simul in patre et filio et spũsſancto. hec Augu. Igitur ſm diuinitatẽ semp simul cũ patre et spũsſctõ oipotens fuit: ſm hũanitatem oim rerũ ⁊ inter oia potestatem accepit: et oia in manu eius sunt tradita vt homo ille qui nuper fact? est de celo dñ̃ et in terra. Habet etiã ptãtem in celo coronãdi quos vult: ⁊ in terra eligendi quoscũq; vult: qz ⁊ hic ibi ⁊ facit quod vult: non solum ergo in terra sed etiam in celo potestatem accepit qz in hũanitate exaltatus ad dexteram patris est collocatus ⁊ sup oẽs angelos eleuatus nomẽq; sibi datũ est qõ est super oẽ nomẽ vt in nõe iesu omne genu flectatur celestium: terrestriũ: et

B Matth. xxviij.

Beda.

Apparitio principalis

Eusebius.

Lozin. cv

internorũ: nõ solum est sup oim hoim nomen: sed etiã sup oim angelorũ sctissimũ: nulli eim̃ hoim vel angelorũ cõcessum est vt natura filius dei dici possit: nisi illi soli cui a patre dictũ est. Hic est filius meus dilectus in quo mihi cõplacui: nulli quoq; sanctorũ vel angelorũ datũ est vt in nõe eius daretur salus nõdo nisi soli deo de petrus ait. Non est in aliquo alio salus: neq; eim̃ aliud nomẽ datũ est sub celo hoibus in quo oportet nos saluos fieri. In natura quippe hominis a parte accepit: qõ in natura deitatis ẽt ipse donauit. vñ Seuerianus. Filius quippe dei virginis filio deus hõi diuinitas carni cõtulit qõ semper ipse cũ patre possedit. Hec autẽ ptãs sibi data pctõres non spernũt: sed omnes sine personarum acceptione colligit vñ consequenter instituens baptismum subiũgit. [Euntes pmũdum vniuersum docete] fidem [omnes gentes.] i. omnia genera gentium sine distinctione personarum. Ex hoc patet ꝗ predicatores euãgelij debent oibus ⁊ magnis: ⁊ paruis sine acceptione predicare. [Euntes] ergo quod est cõtra negligentes qui ire nolunt [docere] quod est contra ignorantes qui docere nesciunt: ⁊ officium assumunt [omnes gentes] quod est contra personarum acceptores qui tantũ: ⁊ ad aliquos vadunt [baptisantes eos] quia nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spũsſctõ nõ põt intrare regnũ dei. [in nõe] propter vnitatem substãtie [patris ⁊ filij et spũsſcti] propter distinctionem personarũ: vt quoq; est vna diuinitas: vna sit largitio: non ait in nominib̃ patris et filij ⁊ spũsſanctis: sed in nomine et indiuiduam trinitatem vnum deum eẽ insinuet. Ista ergo est forma baptismi a xpo instituta: sed familiari consilio spiritusſancti quodammodo mutata fuit in primitiua eccl̃ia: quando apostoli baptisabant in nõe Christi: vt nomen christi quod tunc odiosum erat publicaretur ⁊ magnificaretur per ambitum mundi. Et addit [docentes eos seruare] opere et perseuerantia [oia quecũq; mandaui] vt dixi [vobis] scz sacramenta a xpo instituta: ⁊ alia ad fidem catholicam pertinentia ac mores circa dilectionem dei et primi instituentia. ¶ Preceptum qõ dñs ante passionem suã discipulis deberat: scz qõ iudeis predicarẽt: ⁊ in viã gentium nõ abirent ad tẽpus erat certum qz ante xpi resurrectionem fides christi non erat diuulganda per orbem vniuersum: et ideo post resurrectionem precepit eis vt in omnes gentes irẽt i' prio docerẽt. i. chathezizarẽt: ⁊ in fide instruerent. Deinde fidei sacramentum: scz baptismo intringerent: quia adulti prius debent instrui de his q̃ ad fidẽ pertinẽt ꝗ baptizari. Et ideo catheciſmus debet baptismũ precedere: ⁊ tandẽ post doctrinam fidei: et post baptismum oia quecũq; essent obseruanda preciperẽt: qz vt dicit Jacobus. Oportet nõ tm̃ auditores eẽ ꝓbi: sed ẽt factores: et ꝗ offenderit in vno factus est omniũ reus cõgruo ordo. Prio eim̃ auditor in fide est docendus: qz nisi prius fidẽ aĩa recipiat nõ est dãdus baptismus qz sine fide impossibile est placere deo: nec valet baptismũ inundatio si nõ quantũ potest bonis operibus insistat: qz sicut corp̃ sine spiritu mortuũ est: ita ⁊ fides sine opibus mortua. Igit opz oia seruare quecũq; mandauit, ipse. Cui hoc videt ipossibile solũ teneat et custodiat charitatẽ. vñ aug. Dilectio fortis res est fratres. Multis videre ꝗ sit fortis dilectio quisq̃s ꝑpter aliquã necessitatẽ nõ potuerit implere quod iubet deus amet illũ qui ipleꝝ: et in illo implet. ⁊ iterũ diuinarũ scripturarũ multiplicem abundantiã latissimamq; doctrinam sine vllo erroꝝ cõprehendit: et sine vllo laboꝝ cũ stoditi: cuius cor plenũ est charitate dicente apostolo. Plenitudo aũt legis charitas totã magnitudinẽ diuinorũ eloquiorũ secura possidet charitas qua deum primũq; diligimus: docet enim celestis vnus medicus nos et dicit. Diliges dominum deũ tuũ ex toto corde tuo ⁊ ex tota aĩa tua: ⁊ diliges primũ tuũ sicut teipsum. In his duobus preceptis tota lex pendet et prophete: si ergo non vacat omnes paginas sacras per scrutari oia inuoluta sermonũ inuoluere ⁊ oia scripturarũ secreta penetrare: tene charitatem vbi pendent oia. Ibi tenebis qõ ibi didicisti: tenebis etiã quod nõ didicisti: si eim̃ nosti charitatem aliquid nosti. vnde et illud pendet qõ forte nõ nosti. Et in eo qõ in scripturis intelligis charitas ptz. et in eo qõ nõ intelligis charitas latet. Ille itaq; tenet ⁊ qõ patet: et qõ latet in diuinis sermonibus qui charitatem tenet in moribus. Et iterum quãta est charitas q̃ si desit: ⁊ frustra habent cetera si affit: habentur oia: et iterum hõ fidet: et spẽ: charitate: ⁊ subnixus ⁊ eas incoepit: ⁊ rerũ nõ indiget scripturis nisi ad alios instruẽdos. Multi ꝗ hec tria in solitudine sine codicibus viuunt. hec augu. Est etiã tm̃ bonum charitas: vt nõ tantum defectus nros suppleat sed etiam bona aliena nostra esse faciat. vñ gregõ. Aliorum bona opera nostra sunt q̃ si imitari nõ possumus in alijs amemus ⁊ amantũ fiunt quecũq; amant̃ in nobis. vñ ⁊ augu. Pensent in uidi quantũ bonũ est charitas q̃ sine laboꝝ nostro aliena bona nr̃a facit. Et iterũ si amas vnitatẽ etiã tibi hz q̃q̃s i illa aliq̃d hz. tolle iuidiã ⁊ tuũ est qõ habeo: tolle iuidiã ⁊ meũ est qõ habes. Ziuo: separat: charitas iũgit. hec augu. Per charitatẽ ꝗppe est hõ i ꝓticipio omniũ bonorũ ecclesie: ⁊ ex defectu charitatis amittit hõ meritũ oim bonorũ eccl̃ie: ⁊ etiã boni opis ꝓpriũ. ⁊ vt dicit bern. Charitas est virt? i q̃ nec minimũ opus respuit sine q̃ nec maximũ acceptat. Et breuiter ꝗcludẽdo charitas iter ꝗtutes tenet ꝓticipatũ: qz sine ipsa ad ꝓfectionis culmẽ nemo ꝑcẽdere valet: tunc eim̃ hõ ꝓfectus est quãdo charitate plenus est. Deinde qz magna eis iniũxit erigẽs eorum sensus ⁊ eos cõfortans ait. [Et ecce ego vobiscum sum] protectione diuine virtutis cooperatione laboris et operis: ⁊ etiam sacramentali prefẽtia corporis [oibus diebus vsq; ad consummationẽ seculi] inclusiue cũ finiũ laboribũ ⁊ cõsummato seculo mecum regnabitis cui? rei pignus est presentia mee deitatis et gratie et ĩ pñti. Ex quo patet quãta merces pie conuersationis quale ve pignus future beatitudinis etiã in pñti fideles moneaꝝ ꝗ vsq; ad finem mundi fides nõ deficiat quãtuncũq; tribulationib̃ agitat: ac si dicat ſm chrys. Non excusetis: nec mihi dicatis difficultatem iniunctorũ negotiorũ: quia ego vobiscum sum: qui oia faciam leuia: hec chrys. Magna promissio: magnus et ĩ superabilis clipeus securitatis: ego inquit vobiscum sum: in vobis pugno: vos defendo: nihil timeatis: ite securi. Si eim̃ deus pro nobis: q̃ quis contra nos? dicamus ergo in deo faciemus virtutem et ipse ad nihilum deducet tribulantes nos et inimicos nostros: et specialiter predicato

titudo.

Romanj. 13.

Seuerianus.

Predicãdũ omnibus.

D Charitas aliena facit. Gregorius.

August.

E Preceptus ad tempus

Cathecismus.

Jacobi. i.

Chryſ.

August. Charitas legẽ iplet.

Rom. 8.

Ezechiel. xxxvi.

Ecce ego vobiscum sum.

Matth. xxviij.

Ecce ego vobiscum sum.

Matth. xxviij.

Ecce ego vobiscum sum.

Matth. xxviij

rib⁹ euangelij ꝑmittitur assistentia dñi cum dicit [⁊ ecce ego vobiscū sum].i.dirigendo fermones ad salutē audientium ⁊ meritum vestrum, ſm Chrſi. Nō tm̄ loquitur illis qui tunc erant: nec cum illis solū dixit se futurū eēt; ⁊ ꝑ ipsos loquitur oibus futuris qui post illos credēt cū quibus etiā semper erit. Nō em̄ vsq̄ ad cōsummationem seculi apostoli permansuri erāt. Sed sicut vni corpori loquitur fidelib⁹ quib⁹ coniungitur vt caput mēbris. hec Chrſi. Quamuis em̄ dominus quo ad presentiam corporalē abscessurus esset a discipulis: tamen per presentiam diuinitatis ⁊ spūalem influxum suorum donorum ⁊ sue gratie presens semper manet; ⁊ manebit cum fidelibus vsq̄ ad finem seculi. Sapiens enim et fidelis nauta nauem nō dimittit donec fuerit ad portum applicata: ecclesia vero est nauis ⁊ xp̄s est nauta regens ipsam quia eam nō dimisit nec dimittet donec ad portum paradisi peruenia: hec ecclesia in Apocal. de celo descendere dicitur: quia ſm Aug. Celestis est gratia qua deus eam facit vbi Rabanus. Ex hoc autem intelligitur q̄ vsq̄ ad finem seculi non sunt defuturi in mundo qui diuina mansione ⁊ inhabitatione sunt digni. Quod autem dicit vsq̄ ad consummationem seculi ſm Bedam finitum pro infinito ponitur. Nam qui in presenti seculo manet cum electis eos porte gendo: ⁊ per occultos instinctus spūsancti dirigendo: ipse cum eis post finem seculi manebit eos remunerando: sine fine sua presentia satiando. vnde et Leo papa. Qui enim ascendit in celos non deserit adoptatos ⁊ ipse deorsum confortat a patientiā qui sursum inuitat ad gloriam. Manebit etiam cū fidelibus in presenti seculo non solus virtualiter: sed etiam per presentiam corpalem in eucharistie sacramēto: vbi est xp̄s totus: ⁊ post finem videbunt eum facie ad faciem luce clarius. Rememorat autē eis: vt ait Chrſi. ⁊ consummationem seculi: vt eos magis attrahat: ⁊ ne presentia singulariter inspiciāt solum que simul cū presenti vita dissoluuntur: ſz ⁊ futura bona ⁊ sine fine mansura: quasi dicat. Tristia que sustinebitis simul cum presenti vita dissoluentur: cum ⁊ totū seculū in consummationem deueniat: bona aūt quibus potiemini sunt inter ernum mansura. hec Chrſi. Considera nunc bene discipulos ⁊ ea que modo sunt eis dicta: quia sunt valde magnifica. Stant in magna iocunditate cum dño: manifestat eis qualiter est dñs omnium: dat eis mandatum de predicando: ⁊ dat formam baptismi: dat ⁊ vigorem permaximum duz dicit q̄ semper cum eis erit: Et stans benignus familiariter inter eos predicans ⁊ loquens de regno deī magna eos iocundicate repleuit et letitia inenarrabili. Vides quātam consolationem dat eis: ⁊ quot ostendit insignia charitatis apparet q̄ isti dominum cū desiderio ⁊ sollicitudine expectare curauerunt. Et ideo leti eum aspicere meruerunt. Sic ⁊ nos contingere sentirem⁹: si in expectando oēm ⁊ aduentum eius feruidi ⁊ solliciti essemus. Per istos quib⁹ dñs in mōte thabor predicto apparuit contemplatiui designantur: qz in hoc monte trāsfigurat: ꝯz ⁊ talibus ipse frequenter apparere dignatur: deinde dñs ab eis discessit ⁊ more solito ad sctōs patres rediit: discipuli ꝯo cum magno gaudio remāserunt: ⁊ postea in hierl'z redierunt. ¶ O Domine iesu xp̄e fili dei viui qui corda discipulorū de morte tua dolētiū tue exhibitiōe p̄sentie gaudio credibili in monte eis apparens pfudisti: tua mihi misero vt nunc celsitudinē p̄fectionis ascendens in ima studeā desideria terrenorū calcare ⁊ ab infimis voluptatib⁹ ad superna desideria transire: quatenus te merear quādoq̄ ī altitudine celorū videre. Fac etiam dñe me oīa que mādasti seruare ⁊ mane nobiscū in hoc seculo protegēdo ⁊ dirigēdo: ⁊ post finem seculi remunerando: ⁊ sine fine tua presentia satiando Amen.

Chrſiso.

Chrſtus qñō sēper presens.

Ecclesia manus chrſti. apo. xij. August. Raba. Vsq̄ pro semper. Beda.

Leo papa.

Chrſiso.

¶ Epilogus apparitionum domini post resurrectionem. Ca. lxxxj.

